4°Lw
646

16.

N. 23.

SPECIMEN DISSERTATIONIS

Hiſtorico-Criticæ DE POËTIS GERMANICIS hujus ſeculi præcipuis,

In Academia quadam celeberrima publice ventilatum

a

M. E. N.

Anno 1706.

Q. D. B. V.

Benevolo Lectori.

POetas, quos inscriptio promittit, hic sistimus *Germanicos*, eosdemque Germanos. Verum enimvero, sicut Cynicorum ille coryphæus homines inter homines, ita Poetas quæreres inter Poetas. Certe, si is demum *Poetæ* elogium promeretur, cui Musæ Musarumque pater riserit mature, cujusque pectus ingenuis quibusque artibus & varia rerum cognitione imbutum probe sit, uti & prodesse queat & delectare; pars tantum non maxima hinc jubetur exulare. Non jam eos tangam, qui linguæ maternæ vel indolem adeo nesciunt, vel negligunt nitorem, ut nunc verborum structuram, aut incongruam aut absurdam plane, metris contorqueant, nunc voces ipsas novis quibusdam inurant calamistris, quæ cuivis paulo saniori & movere stomachum, & concitare bilem queant. Hoc tale versificum genus si intuear, ut ille Reges bonos, sic ego bonos Poetas annulo potius insculptos, quam his inscriptos chartis exhiberem. Adeo quemadmodum Phœnix, ita Poeta numeris suis absolutus quingentorum spatio annorum nascitur semel. At amplus tamen Poetarum hic aperitur campus? Nilest, quod metuas, quodve mirere: videbis, ac ridebis potius, tot anseres strepere inter olores, tot inquam Poetastros inseri Poetis ab inficeto vulgo, cui Poetæ nomine venit, quisquis versus perversos, & vix leoninos consuere addidicit. Quid? Quod gratiam

una sectari fas erat eorum, qui, cum in bicipiti Parnasso unam fortasse aut alteram dormivere noctem, repente tamen Poetæ volunt prodire, scripturi exemplo satyram, ni mature digito commonstrentur, haud omisso τῷ *Hic est*. Ne vero non plenior quædam nostri constet ratio instituti, non, quod fieri alioquin solet, ab incunabulis ipsius qua universæ qua nostræ Poeseos primordia capiemus: neque depræstantia svavitateque Poeseos Germanicæ prolixius agere, aut de usu Poetarum disserere animus est. Nemo hæc, nisi insulsus, & qui lingvam nostram aut contemnit aut ignorat, in dubium vocabit: utilitatem *Borrichius (in Diss. de Poetis.)* explicat, optimoque jure vernaculis etiam competit. Neque classes Poetarum diversas plagulæ istæ habebunt, aut omnium coronam Poetarum, at audiunt, Coronatorum. Nam quis, per Musas & Apollinem! innumerum hunc numerum iniret seu Poetarum seu Poetastrorum? Quin hoc præcipue in cardine versabitur Dissertatio nostra, *ut, serie cognomium observata, indicem exhibeamus eorum, qui hoc seculo, inprimisque inde ab Opitio, felici illo Poeseos* Germanicæ *statore, elogium nomenque Poetæ aut meriti, aut mereri certe sibimet ipsi visi sunt, atque ideo sua qvisque artis specimen typis publicis describi curârunt. Neque tamen illos simul intellectos volumus, qui Epithalamium quoddam aut Epicedium, idque genus alia, prelo submiserunt publice distribuenda; sed quorum scripta ideo sunt edita, ut nemini non ipsorum copia detur. Idem de Poetriis intelligi cupimus, quæ Poetarum classi merito accensentur. At si quis communi eruditorum suffragio boni Poetæ laudes sit adeptus, vel certe, qui adipiscatur, dignus sit, etiamsi Poemata sua certo volumine collecta minime publicavit, nihilo secius honorifice suo quidem loco appellabitur.* Viris enim bene meritis derogare, aut ipsorum reticere laudes, contra jus fasque sit. *Conjunximus etiam Poetis nostris Prosodicos & Lexicographos rei*

Poetica vernacula. Ipsi enim aut versus ad exemplar tironibus proponunt, aut digni sunt, ut, qui materiam rei suppeditant, rei quoque jure fruantur. *At Comœdiarum, Tragœdiarum, fictarumque Historiarum in oratione libera Poetæ a nobis non attendentur, nisi metris forte inspersis locum promereantur.* Etsi autem varia scribendi genera deprehendimus, nunc artificiosum, nunc incomtum, nunc tersum, nunc floridum, nunc humile, denique absurdum, & si qua sunt alia; in omnibus tamen eum intendunt finem auctores, ut Poetæ videantur, populoque ut placeant, quas fecere fabulas. Nullo itaque discrimine, Tros Rutulusve fuat, habito, is apud singulos ordo servabitur, *ut scripta recenseantur*, ac, ne sterilis illa nimis enumeratio tædium pariat lectori, κρίσις *aliqua subjiciatur*, qualem fere *Borrichius* rationem observat. Equidem Poematum, aut certe Librorum singulorum argumenta excerpere & summa capita, nec minus singulorum Poetarum vitas breviter proponere, quin & varias Poematum editiones annotare, in animo erat; at hoc pacto schediasma in volumen justo prolixius excrevisset. De plurium quoque vita scriptisque & rebus gestis non perinde constat, quippe qui, cicindelarum instar, luce obscuri sua, & sua pariter obscuritate sic sunt illustres, ut nostra quidem libraria supellex tot una solaque soles nec, si cupiat, capiat, nec, si capiat, cupiat universos. Multa tamen a scopo forsan haud abludentia inserta reperiet *Lector Benevolus*, quibus ille defectus, vitari jam nescius, aliquo saltem modo compensetur. Judicia ex re nata, linguæ indole, ipsius denique Poeseos nostræ genio, in Ampl. Dn. *VVeisii* & scriptis & præceptis Poeticis luculenter utique ostenso, sunt depromta. Nec vero absurdum videri debet, si quis sententiam ferat de arte, quam haud percalleat omnem. Novimus enim *Aristotelem, Fabium* aliosque complures, hoc in genere non alia fere, quam cotis vice perfunctos, secare quidem nescii, ceterum utique acuentis. Quod si *Stagirides* ille aut *Fabius* non sum, at *Bavius* tamen esse non cogar, aut, si mecum agatur iniquius, vel deprecari non erubescam. Cumque nemo quisquam singula, nedum cuncta, perspiciat prorsus, diem quoque dies edoceat, & priores adeo cogitationes posterioribus identidem corrigantur; hoc unum te, *Lector Benevole*, modis omnibus rogatum volumus, ut, si quid hic a nobis omissum commissumque sit, vitio ne vertas, ac vel in conatu nostro non invitus acquiescas.

A.

Abschatz (Hanß Aßmann von) Nobile statim sidus & primum oritur. Omem accipimus. Lumine ingenii fulget & splendor eruditionis præclaræ Parnassum quoque illuminat. Quid multis? *Guarini Pastorem Fidum*, Tragicocomœdiam omnium sine omni exceptione, ut vulgo creditur, optimam, ex Toscano in Teutonicum theatrum cothurno prodire docuit, adeoque *Hofmanswaldavi*, τῦ πάνυ, laudes dubias reddere conatus est. Ex utroque ἀποσπασμάτιον quoddam oculis accuratioribus subjiciamus, ut subacti judicii lector examinet, cuinam palma debeatur. Atque en ipsum tibi exordium operis pulchri:

A.

Geht/ die ihr habt das Wild an engen Orth umbstellt/
Und gebt das Zeichen zu der Jagd/
Last euren rauhen Hörner Klang
Die Augen/ welche noch nicht wachen/
Der lauten Stimme Feldgesang
Die faulen Hertzen munter machen.
Ist iemand/ dem die Jagd/ die kühne Jagd gefällt/
Ist wo ein Schäfer/ der mit Lust
Die unverzagte Brust
Auf Fang der wilden Thiere wagt/
Der finde sich herbey und eile mit dahin/
Wo zwar ein enger Raum/ doch weiter Kreiß
Zu weisen unsre Tapferkeit/
Das Schrecken unsrer Wälder/
Den Schaden unsrer Felder/
Das Ungeheuer unsrer Zeit/
Von dem das Land so viel mit seinem Schaden weiß/
Das wundergrosse Schwein mit Tüchern ließ umbziehn.
Geht/ Jäger/ geht/ und rufft herfür
Durch ein Holla/
Durch ein Sa Sa
Der faulen Morgenröthe Zier.
Wir/ Linco, wollen gehn die Götter anzuruffen/
So können wir der Jagd ein glücklich Ende hoffen.
Ein guter Anfang ist so gut/ als halb gethan/
Und von des Himmels Gunst fängt man am besten an.

H.

Die ihr das rauhe Wild mit Garnen habt umbstecket/
Last hören/ daß man itzt zu jagen ist bedacht/
Frisch! daß das krumme Horn die faulen Augen wecket/
Und das Geschrey die Hertzen munter macht.
Wem in Arcadia kan Cynthia belieben/
In dessen freyer Geist
Das Spiel der Jagd/ die beste Kurtzweil, heist/
Und dem der grüne Wald gefällt/
Der wird mit mir dahin zueilen nicht verschieben.
Wo zwar ein enger Kreiß/
Jedoch vor unserm Ruhm fast eine weite Welt/
Und des erhitzten Schweines Wütten
Zu zeigen weiß:
So Thal und Wald
Von wegen Grimm und scheußlicher Gestalt
Vor seinen Schrecken hält/
So itzt den Erimanth bewohnet
Und umb und umb fast alles will zerrütten/
Das beste Feld verderbt/ und keines Hirten schonet/
Geht laufft/ ja überläufft der Morgenröthe Pracht.
Last das heißre Horn erthönen.
Wir Linco wollen seyn bedacht/
Die Götter durch Gebethe zuversöhnen:
Da gehn wir auf die Jagd mit mehrer Zuversicht.
Wer wohl begonnen hat/ ist halb zu Ende kommen/
Doch ist kein Anfang gut/ der nicht von GOTT genommen.

De Nostro vid. omnino Monatliche Unterredungen M DC. LXXXIX. p. 531. Pauca vero exemplaria typis describi voluit Auctor Nobilissimus. Opus ideo rarissimum. Eundem *Pastorem Fidum.*

Ackerman (*Statius*) ornatu Germanico, non tamen vincto, induit, jussitque prodire *Vinariæ*, 11. 63. Chori duntaxat oratione utuntur ligata. Quo tamen pacto gratiam pæne amisit suam svaissimum Poema. Qvin & illud supperaddere libet, *Pastorem Fidum* Dresdæ in theatro Electorali anno 1651. d. 24. Iunii, Onomasteriis *Sereniss. trium Ioh. Georgiorum* actum esse, cujus summaria & prologum *Ernestus*

Geller/*Sr. Electori a scriptionibus Cameræ*, versibus composuit, quibus, ut ut sonoris, rotunditas saltem deesse videtur.

ADAMI (*M. Ioh. Sam.*) *P. L. C. Ecclesiastes Preishendorf.* qvem varii libri, quos meditatus est, inprimisque *Delicæ Biblicæ*, clarum reddiderunt. Ex Poematibus prostat publice: **Verdeutschter Persius. Dreßd.** 8, 74. Aut plane fallimur, aut *Persii* nubes hac luce dissipatæ satsunt. Qvamvis mollior autem dictio requiri videatur; vix tamen in argumento hujusmodi sperandum id erat. Prostat etiam ipsius ex *Catsii* Belgico translatus **Jacob/ oder Heyrath von Dreyen.**

Adersbach (**Andr.**) Odas ipsius quasdam legimus in *H. Alberti* **Poetisch-Musicalischen Lust-Wäldlein/** faciles omnino et svaves.

ALARDUS (*Wilhelm.*) *P. L. Pastor. Cremp. Holf.* In libro inscripto: *Iesus Nomen super omne Lips.* 8, 13. invenimus *Centum Acrosticha* a nomine Iesu incipientia, *Hymnos Patrum* aliorumq; nonnullos. Rhythmos isti redolent antiquatos, nec magis ab elegantia, quam pietate collaudari merentur.

Alberti/ (**Heinr.**) Poeta & Musicus insignis, cujus opera extat **Poetisch Musicalisch Lustwäldlein.** Ubi tamen ipsius, qvam aliorum *Odæ* Poetarum, inprimis Prussorum, singulari numerorum svavitate & legentem & cantantem facile demulcebunt. Hic autem Magnifici Academiæ nostræ Doctoris Theologi, Philosophi & Vatis consummatissimi VALENTINI ALBERTI, purpureum nomen assuere panno nostro, religio nobis esse debet.

ALBINUS (*Ioh. Georg.*) *Leucopetr. Pastor. Numburg.* Tersus candidusque Poëta, &, sive ipse venam rumpat, sive Poetarum exterorum fontibus rivos transducat, ubique limpidus, & semper idem. Id quod evincent scripta: **Immergrüend Lob der Christlichen Kauffmannschafft.** 4, 52. **Jüngste Gerichte. Qual der Verdammten. Freude des ewigen Lebens. Salomons Engeddisches Garten-Lied. Trauriger Cypressen-Krantz aus den heiligen fünff Wunden JEsu.** Singula Lipsiæ in 4, 53. edita. *Eumelio.* Poema Dramaticum. **Jena/** 8/57. **Himmelflammende Seelen-Lust. Franckf.** 12/75. &c.

ALBINUS, (*Ioh. Georg.*) *I. G. filius.* Vivum patris sui fontem aut relinquere videtur, aut inqvinare: adeo nescio quid turbidi secum trahit, quod tamen neminem facile trahat, qui paterni dulcedinem liquoris vel primoribus tantum labris degustavit. Nihilo secius tamen *Albinus* noster, siquis alius, strenue in Bavios Mæviosque invehitur, quod vel

ex ipsius præfatione, novæ *Flemingi* editioni præfixa, videre licet. Quem vero pateat, (num semet ipsum, ignoro quidem) sagaciores facile dijudicabunt. Ceterum opuscula divulgata hæe sunt: Der Jungfern und Junggesellen kurtzweilige Erquick-Stunden. Zeitz/ 12/ 85. Chursächsische *Venus*, 12, 86. Etsi qua sunt alia, quæ claudicant.

ALBINUS, alias Weiß (*Mich.*) *Pastor. Gedan.* Vidimus ejus: Nützliches *Memorial* der Christlichen Kaufmannschafft. Dantzig/8 42. Hertzwallen der verliebten Seelen bey der Creutzigung Christi. ibid. 8. Geheimer Nachricht Sionitischer Wallfahrt. Franckf. 53. ubi versus orationi miscuit prosæ, at mire una sua miscuit artificia passim, si Musis tamen id mixturæ genus placet. Siebenmahlsiebentzig/ *Epigrammata*, oder heilige Uberschrifften auf den Egyptischen Ein- und Auszug der Kinder von Israel. Dantzig 8 48. Rigidior aliquis censor forsan hæc plane ex Epigrammatum ordine ad locum relegaret suum, quando nil nisi ποίσματα quædam θεολογικὰ resipiunt, sed sine sapore. Heilige Lieb- und Lob-Lieder. 8/ 48. Ejusdem cum reliqui sunt farinæ.

ALECTORANDER, imo Hahnemann (*Christian*) *Lips.* Frater *M. Enoch Hanemani*, qui *Animadversiones* edidit ad *Prosodiam Opitianam*; *Musæi de Hero & Leandro Poema* transtulit, Leipzig 4, 33. Inprimis Græcas *Musæi* Veneres referre conatur, sed conatur; melius omnino facturus, si ad genium Gratiarum Germanicarum genium accommodasset suum. Versus tamen, ut tempore isto, minime sunt perversi.

ANDREÆ, (*Ioh. Val.*) *D. Super. tandem Adelberg.* Magni certe nominis Theologus & scriptis, maxime Satyricis, clarus. Quæ ad nos venerunt Poetica, sunt: Geistliche Kurtzweil. Straßb. 12. 19. Varia complectitur libellus, *Epicedia, Odas sacras* &c. Neque vero sibi temperare potuit auctor, quin hinc inde dicteria faceta facetiasque inspergeret dicaces. Dictio duriuscula sane, quod vel ex fronte opusculi patet.

Wann wir die Welt mit Fleiß ansehn/
Wie alls thut durch einander gehn:
Wie der Böß herrscht/ der fromme leidt:
Der Narr viel schwetzt/ der Weise schweigt. &c.

Quam tamen illius temporis genius aut emollit aut excusat. Sic ipse *Andreæ* in Epilogo:

Ohn Kunst/ ohn Müh/ ohn Fleiß ich dicht/
Drumb nit nach deinen Kopf mich richt/
Biß du witzt/ schwitzst/ spitzst/ schnitzst im Sinn/
Hab ich angsezt/ und fahr dahin &c.

ANGE-

ANGELUS (*Ioh.*) *Siles.* Heilige Seelen-Lust/ oder geistliche
Hirten-Lieder/ der in ihren JEsum verliebten *Psyche*, Breßl. 8,57. Pa-
pæus hic *Angelus*, sed bonus. Vix enim deprehendimus vestigia, nisi in
pagina titulari transversa, ubi Officialis libelli imprimendi licentiam
præscripsit, inprimisque Part. IV. Hymno. I. qvi totus elogiis absolvi-
tur Mariæ. Si dictionem spectes, facilem reperies, & planam, ac ta-
cita quadam svavitate sese insinuantem animæ DEO devotæ. Nec,
quid obstet, video, quo minus hymni plurimi a Lutherano adhibeantur.
Extat ejusdem quoque Cherubinischer Wandersmann. Glogau/ 16.
75. Regulæ artificii Poetici interdum vacillant, sed id erroris ge-
nius tempori condonandum: & rari sane illi atque vix, ac nevix qui-
dem numero totidem sunt, quot Thebarum portæ, aut divitis ostia Nili,
in quibus nil obelisco sit dignum.

ANNA SOPHIA, Landgräfin zu Heßen / des Kayserl. freyen
Weltlichen Stiffts Quedlinburg Pröbstin. Sub ejus nomine Sere-
nissimo prostat Der treue Seelen-Freund Christus JEsus/ mit nach-
dencklichen Sinngemählden / anmuthigen Lehrgedichten / und neuen
Geistreichen Gesängen. Quod si ipsa Poetria serenissima istas medi-
tationes accuravit, pulchrius nil, nil svavius e tali pectore potuit pro-
manare. Hanc excipit

Anthon-Uhlrich / *Dux Br. & Lun.* Der Sieg-Prangende
dictus. Adeo & Principibus personis pagina nostra superba est. Et
profecto haud spernet carmina, qui patrat carmine digna. Quid?
quod & *Conjugis Celsissima* vena simul in idem confluxit opus, pium uti-
que & Principibus dignum: Christ-Fürstl. Davids Harpfen-Spiel.
Nürnb. 8/ 67. Et quem latet utrumque scriptum incomparabile Sere-
nissimi nostri, *Aramena* scilicet & *Octavia*? in quibus passim felix in
Poësin natura effulget.

ANONYMUS. Hic homo, ut in omnibus bonarum literarum
disciplinis, ita & in Poësi scripsit innumera, quorum numerum nume-
rare, arenam inire esset. Transeat ergo.

Ansorge/ *Siles.* Der Krippen-Christi dürfftige Herrlichkeit.
Wittenb. 4. 48. In medio consistit virtus. Multi autem circa tempus,
illud, & inprimis qui ex natione Silesia, sub auspiciis *Buchneri* Musam
exercuerunt suam. Quod ὡς ἐν παρέργῳ.

Apelles von Leuenstern (*Matthæus*) Magnum olim urbis Wra-
tislav. Ornamentum. In *Odis* suis Glyconicum, Phalæcium, Alcaicum,
Ana-

Anapæsticum, Ityphallicum, Latinis alias usitata genera, Apellea, si ita licet, manu expressit. Nobis constant ipsius, quæ in Breßlauischen Gesangbuche/ continentur. Opera enim Silesiorum celebriorum, veterum inprimis, rarius ad nos transferuntur.

Arnhold (Dav. Gottfr.) *Siles.* Der Nahme über alle Nahme/ oder der heilige/mächtige/liebliche/tröstliche Nahme JEsus. Wittenb. 4/42. Delectat omnino & prodest. Id tamen notandum videtur, connatam genii Silesii majestatem interdum in tumorem abire.

Arnschwanger (*M. Ioh. Christoph.*) *Ad S. Ægidii Norimberg. Ecclesiast.* Edidit Evangelische Spruch-und Gebeth-Reimen. Nürnb. 12/53. Quibus annectuntur *Summaria Articulorum Aug. Confessionis.* Neue geistliche Lieder/ nach bekanten Singweisen gefasset/ und von den fürnehmsten Nürnberg. Musicis mit neuen wohlklingenden Melodeien gezieret. Nürnb. 8. 59. & 80. Quia cumprimis Laicis prodesse studet, Noricorum dictionem affectatam negligens cautam simplicitatem amat.

Augspurger (August.) Nota sunt opuscula ipsius præcipua: Reisende *Clio.* Dreßden 8/ 42. *Arnalte* und *Lucenda*, ib. 42. Schäferey/ aus dem Frantzösch. *Anton. Mont-chretien*, 8, 44. Verzweifelnde Judas/ und Thränen beym Creutz Christi. ib. Ingenium ipsi non deest, at non usquequaque tamen arte ac usu perpolitum. Dictio enim hiulca & parum sibi constans. In Epigrammatibus, quorum plurima in der Reisenden *Clio*, non raro sensuum acumina peregrinantur.

B.

BALDE (*Iacob.*) *Soc. Ies.* Cui non dictus Hylas? & quis in Parnasso tam hospes, ut Baldi *de Vanitate Mundi Poema* ignoret? editum est *Monachii*, 12, 38. Notus quoque ejusdem *Agathyrsus* Teutsch: München/ 12/47. Trost der Podagrischen/ maximam partem oratione soluta conscriptum, ex Pegnicensibus *Ferrando* quidam transtulit. Ceterum *Baldus* noster inter Latinos Poeta haud ignobilis, præsertim ubi lyram docto premit pollice: sed quam in Latinis felix, tam infelix ac plane miser Linguæ maternæ faber. Quam Poetæ infelicitatem mirari desinet, qui observaverit, plerosque omnes Austriacos, Bavaros, atque his vicinos, summatimque Pontificios tantum non omnes, talium, si Musis placet, Venerum esse Apelles. (vid. *Morhof.* Unterricht/ p. 434. Lepidus interim Noster, & sales passim spargens. Primo statim carmine, dum *Vanitatem Mundi* contemplamur, hæc se offerunt:

Troja ist hin/ ein anders her,
Alß wenn sie nie wär gwesen.
Verschwunden seynd all Dardaner/
Schon tausendmahl verwesen.
Mit Gmäur und Wänd/vom Fundament
Ist Troja gantz verbrunnen.
Ins Hectors Saal/ wachst überall
Wein/ Korn/ bey guter Sunnen.

Quod sequitur, p. 123. Belisario esse dignum, ejusdemque olim cæcitati non parum sive solaminis, sive luminis afferre potuisse, nemo, nisi & ipse cæcutiens non videt. Sed jam ipsum Belisarium audiemus:

Gebt doch dem *Belisario*,
Ich bitt umb Gottes willen/
Ein stücklein Brot: so ist er fro/
Und kan den Hunger stillen.
Der blinde Mann nimmt alles an.
Daran ist gar kein Zweifel:
War vor dem Fahl Feldtgeneral;
Jetzund ein armer Teufel.

Illud vero, p. 144. nonne omnes tibi lepores & lepores, vulpeculis non exclusis, præ se ferre videtur?

Ein Fuchs hat gfuchst den andern Fuchs/
Daß er im Harnisch gschloffen:
Flucks kamen sie/ und aber fluchs
Hats auch das Unglück troffen.
Nachdem die Sach (als wie der Schach)
Von dem und dem zertragen/
Hat endtlich praph auch Swed Gustaph
Im Spil eins dörffen wagen.

Hæc sane perbella videri possint, nisi inspicias *Agathyrsum*, in quo vultum, si sapis, mature compones ad risum. Leges? ridebis: perges legendo? ridendo perges, ægre a cachinnis tibi temperaturus. Catonem certe ipsum, si ab Acheronte rediret, frontem & omnes frontis, quas arare solebat, rugas non segniter explicaturum contenderes, *Agathyrso* isthoc vel per transennam inspecto. Præfationi, quæ alios hujus *Agathyrsi* interpretes loqui videtur, ipse *Baldi* genius obstat, cum altero, in *Vaniate Mundi*, congruens ad unguem, ex quo leonem facile agnosces, si sequentes putidos olfeceris Leoninos, p. 36.

Faul-

Faul Fleisch stinckt/ *o Domini*;
Zum Exempel ist der *Tri--*
malcio.
Wo er stündt/ gieng/ odr saß/
Schry des Nebenmenschen Naß
mordio!

Et p. 53. crassum illud:

Dicker Poet wie ein Bantz/
Brech seinen schönen Lorberkrantz
Von der Hurst.
Grober Hanf gibt grobe Gspunst:
Kuchelreimer bindt sein Kunst
Mit der Wurst.
Es schickt sich leiden wol/
Wann *scrophâ pingui crassior*
Ein Lorber tragen soll.
Excipitur Horatius
Sed est & ipse sæpius
Ein ziemlich grober Knoll.

Spectatum admissi risum teneatis amici?

Sed sapienti sat, vel etiam plus satis.

Bärholtz (Dan) *P.L.C.* Des Charichyts denckwürdiger Weinmonat. Hamb 8/70. Congressum convictumque amicorum quorundam, Octobri mense Hamburgi institutum, narratione libera persequitur: quæ, licet astringatur interdum numeris, aliis tamen potius, quam Nostri manibus, qualiacunque hæc vincula debere videtur.

Barth/ (Caspar) *S. R. I. Eques*, & Polyhistor summus, in reliqua ingenii magnitudine Poesin quoque attigit nostram. Argumento sit Deutscher Phönix/ Franckf. 4/26. Durius autem hoc Poemate nihil vidi, hirsutius nihil, si tempus respicio, quæ Musæ Teutonum cultiores jam florere cœperant. Singulis pæne in versibus aut tempus mutatum, aut syllaba; pes aut superest, aut deest. Et nescio sane, an huc quoque trahi possint ea, quibus *Barthium* sub *Pogone* personato salse admodum exagitat *Vinc. Fabricius in Pranso Parato* p. 124. Quicquid ejus sit, rerum tamen sensuumque & bonitate & ubertate suos defectus Noster redimit facile ac pensat. Nec raro quidem altius exsurgens Figurarum suavitate gravitatem attemperat sententiarum.

Baße (Peter) *Centurio Molnensis, Centurias duas* carminum breviorum de passione Servatoris, sententiis utique piis refertas, adornavit, quarum inscriptio: Andächtiger Seelen Spatziergang durch die Gaßen zu Jerusalem vom Richt-Hauß Pilati bis zum heiligen Grabe abgetheilet in 200. Schritte. Lüb. 8/52. Comendatus hic labor, si non ab nitore, ubi cum aliis pari passu vix ambulat, saltem a pio conatu, ejus quidem viri qui non sub Apollinis, sed Martis vexillo stipendia fecit.

Baumgart (*M. Sam.*) *Siles.* Feuriger Schwefel-Regen über Sodom und Gemorra. Wittenb. 4/48. venam prodit satis elegantem.

Bechmann / (M. Joh Fried.) P. L. Pfarr zu Fiedelhausen. Effusæ ab ipso sunt *Lacrimæ Sponsales*, 4. 37. Totum opusculum *Lessus* est prolixus in obitum uxoris ad huc musteæ, mixtus oratione soluta & ligata. Turpiter omnino se dedit lacrymis suis, uberrimis quidem illis, nec si modum teneret, impiis; sed profecto, nisi reverenda muneris, quod gessit sacri obstarent, risu & satyra prorsus dignis. Quanquam ita cecinit vates noster, ut, conditionis suæ ipsemet oblitus, nulli Poetastrorum etiam non Christianorum temeritati quicquam reliqui fecisse videatur. Ecce tibi priores aliquot hujus electri lacrymas:

Ob gleich Cupido hat mit mir es dahin bracht/
Daß ich zur andern Zeit viel Reim/ und Verß gemacht/
So ist Apollo doch diß mahl mir nicht gewogen/
Weilen mit den Musen er von mir ist weggezogen.
Was mach ich nun? wenn mich der Phœbus nicht anblickt/
So bin im Schreiben ich so klug/ und so geschickt/
Wie die Affen/ die dort vor Zeiten wolten bauen/
Ein Schloß/ und feste Stadt in einer grünen Auen. &c.

Atque hic fortasse prægustus non plane contra palatum sit convivæ paulo insipidioris; lautiores utique dapes subsequntur. Porro, ad alia deflectere sic libet, si flosculos graveolentes excerperem, quos tumulo Galateæ suæ plenis respersit calathis, nauseam facile naris etiam obesæ Lectori crearem. Ad dictionem ipsam quod attinet, nil detinet. Tantum non ubique pedes syllabis metitur, quantitate prorsus neglecta. Neque cautius in iis mercatur, quæ oratione prosa passim infercivit. Videamus ἀποσπασμάτιον: Jn solcher Bestürtzung gieng ich auf die Seite/ fiel auf meine Knie/ und sagte: Himmlischer Vater/ ich bin dein Diener/ und habe verhoffentlich ein Wort bey dir macht: Jch bitte dich/ schencke meiner Liebsten das Leben/ und laß uns beyden/ weil du sie mir erst bescheret/ und gegeben/ noch eine kleine Zeit beysammen. Jch will in meinen grösten Nöthen dir ein Gelübdnis thun/ ich wills auch

ehrlich

ehrlich halten. Ἑκατόμβειν non possum jugulare, Hundert Ochsen kan ich dir zum Opfer nicht schlachten. Nach Compostel kan ich nicht reisen. *Domum Laurettanam* kan ich nicht besuchen. (Papæum putarem, nisi de uxore sua conquereretur.) Wirstu meiner Ehegatten wiederaufhelffen/ so will ich ein gantzes Jahr/ ob ich gleich Gott-Lob Wein gnung habe/ lauter Waßer trincken. *Hæc mihi non fingo, vos conscia sidera testor.* (ach ich weiß gewiß/ das meine Liebste itzund in der Stunden/ in Himmel von meinem Gebeth wird zureden wißen:) kans aber nicht seyn/ sagte ich / so bescheere derselben ein seeliges Ende/ und faße ihre Seele צרורה בצרור החיים und behalte an diesem Orthe ja ja Raum, für mich/daß ich ihr stracks folgen/ und in dem Him̃el der Nechste seyn möge. etc. Amicus quidam meus, ad hasce nænias secundiori quodam vento delatus, non sinê risu & apposite versum ex *Ioh. Fossæ Epitaphio* retulit:

Hic sibi condendo versus cere - - comminuit - - brum.

Becker (*M. Cornel.*) Pfarr zu Meuselwitz. Ejus nomen resonat Paßions-Seiger. ꝛc. *Paraphrasis* des 53. Capitels Esaiä/ nebst zwey andern Paßions-Liedern. it. ein Lied über die Augspurgs. *Confession.* Leipz. 12/31. Rhythmi sunt pii, sed valde simplices. e. g.

Umb IX. für der Mitternacht/
Der HERR sich auff die Beine macht/
In ein Garten Er gehet ꝛc.

Beer/ (Joh.) *Austr. Ser. Princ. Saxo-Weissenfels. Phonascus ac in Camera Musicus.* Vir disciplinis Mathematicis non tinctus leviter, variaque Philosophiæ doctrina probe imbutus. Musica certe in tantum excellit, in quantum divinior ejus vis persentisci potest. Edidit *Epigrammata, Leucop. 8, 91.* quibus *Latina* quædam sunt adjuncta. Edet *de Passione Servatoris Poema.* Inventionibus incomparabilis, suavis, acutus lepidus, in elocutione idioma sequens suum. Cumprimis eleganter ludit in Paronomasia verborumque immutatione. Nemo quisquam temere sine singulari quodam suavitatis sensu, vel denique sine risu leget *Epigrammata* ipsius; perinde ac nemo non ex consuetudine congressuque ejus aut doctior aut hilarior recedet, subinde habiturus de quo sibi impense gratulari queat. Duritiem versuum suorum ipse modestia, qua pollet, sua excusat sequenti disticho minime duro:

Du klagst / daß meine Verß so wenig Licht gewonnen;
Mein Freund / der Stern des Beers steht ferne von der Sonnen.

Tarditatem vero tali modo.

Man klagt/ daß meine Verß so gar verschlaffen seyn;
Mein Freund/ sie fallen mir all in dem Bette ein.

Beckh (Joh. Joseff.) *Argent.* Præter Comœdiam, Schauplatz des Gewissens appellatam (Dreßd. 8/66) cui in calce *Oda* subnexa, & *Bucolicum*, Elbianische Florabella. Dreßd. 8/69 nobis etiam suppetit Geistliches Echo. Straßb. 8/60. Plus quam Aristarchi partes nobis sumeremus, si ex auctoris præfatione ἐπίχειριν peteremus justam. Ita enim scribit: Geehrter Leser/ du wirst nicht viel Poetisch in diesen meinen Liedern finden/ sondern schlechte und einfältige Wort/ die enge der Zeit/ der unbegeisterte Geist/ und dann die eigenen Gedancken/ welche auff die Einfältigkeit geziehlet/ solches verhindert. ꝛc. Scilicet non a paucis ut Poeta nimis ingeniosus venditatur.

Belnig (Oßwald) *Bucolica Virgilii* Germanice reddidit, nobis nondum hactenus visa.

Bergmann (M. Mich.) Pfarr zu Wollin in Vor-Pommern. Aperuit Teutsches *Ærarium Poeticum*, Jena 8/62. auctius reclusum Landsberg/ 75. Si recte calculum pono, omnium, quæ extant, optimum, nec inutile Poeseos candidatis vel hoc nomine in ære viri munifici permansuris.

Berlich (M. Paul Gottlieb) Abs quo inventus est Biblischer Perlenschatz/ oder Gedenckreime Jena/8/67. ingenio magis an arte, lector haud difficulter persentiscet.

Bert (Paul Wilh.) von Meiningen. *Th. Stud.* In Parnasso Poetico lumen accendere conatus est *Evangeliis Dominicarum & Festorum*, conatu satis pio, sed & simplici satis. Titulus vero memorabilis; Jahr-Gedächtnüß JEsu. Nürnb. 12/50.

Beßer / (Joh.) aus Churland/ Churfl. Brandenburg. Hoff- und Legation-Rath, Quod pace fiat Nobilissimi Viri, etiam ab hoc lumine sibi lucem fœnerari gestiunt pagellæ nostræ. Et profecto, qui nuper *Panegyrico*, illustri Heroi *Danckelmanno* dicto, totum Helicano movit, cuique Apollo cum Sororibus assurrexit, eidem jure assurgimus & nos, rati, melius esse hic silere, quam dicere pauca, summique personæ Viri non satis digna. Quod de laude *Friderici Wilhelmi, Elect. Brand. Eppi* molitur, in *Præfatione B Felleri, Meditationibus Gerhardi*, quas *Tob. Richterus* versibus reddidit Germanicis, præfixa laudatum invenies commendatumque.

Betulius / v. mox **Bircken**.

Biecke (Christian) *P. P. Leucop. Syndicus* tandem *Halensis. Aloysii Inglaris*, Hispani, quædam Latina Germanicis *Madrigalibus* reddidit, inscripsitque: Poetisches Paßions-Memorial. Vide, numquid præ ceteris ad palatum sint XV. XXIII. XXIV. XXV. XXVII. XXX. XXXI. XLII. XLVI. XLVIII. LIII. LIV. Laudanda structura ejus fluida illa, minimeque contorta. Quod ibidem *Bieskianum* comparet *elogium*, a summe venerando *Joh. Schieferdeckero*, Præsule Leucopetræo, elaboratum, *Madrigale* est numeris suis suoque absolutum nitore. Posteritati quoque duabus in plagulis commendavit Noster Die Huldigung Friedrich Wilhelms in Halle. Et si qua sunt alia.

Bircken (Siegm. von) alias *Betulius*, *Floridan* item. In Societate Frugifera Der Erwachsene. Magno inter Pegnesios, quin & alios, nomine gaudet; nec, si ingenii rationem habeas, citra meritum nisi præter modum in vocabulis novaturiret. Quis enim non videt, voces istas, quas ingeniose tornatas vulgo admirantur, tortas esse, quæque ipsis arrident, irrideri ab iis qui rem intelligunt recte. In supellectile nostra scripta ejus habentur ista: Geistlicher Weyrauch. Nürnb. 12/52. Kriegs- und Friedens Bildung Nebenst einer Schäferey. Nürnb. 4. 49. Pegnitz-Schäferey. ib. 4. 45. Quæ & *Claji* nomen simul præfert. Porro alia Pegnesis/ in qua plura ex priori. N. 12, 73. & pars posterior, 12. 79. Sed utinam in his nomina vera istorum expressisset Pastorum. Todes-Gedancken und Todes-Andencken. N. 12/70. Meditationes sunt ligata oratione & prosa, tum ex curis propriis, tum aliorum congestæ. In fine annexa sunt *Carmina Funebria* variorum in obitum conjugis Betulianæ, *Lessusque*, quem ipse *Betulius* concinnavit ac ita inscripsit: Lieb- und Lob-Andencken seiner seelig entseelten Margaris. Quem etiam in *Pegnesi* Part. II. invenies. Exordium libare liber:

Das schöne Himmelplau lacht von den Bogen-Schantzen/
Das Welt-Aug äugelt ab/ die güldnen Flittern tantzen/
Und kreutzen durch die Lufft/ der Wolcken Purpurschein
Erfreut die warme Welt rc.

Adde Niedersächsischen Lorber-Hayn. N. 12. 19. Sächsischen Helden-Saal/ ubi figuris æneis *Disticha Germanica* subjecta sunt. Teusche Rede- Bind- und Dichtkunst/ samt dem Schauspiel Psyche/ und einem Hirtengedichte. N. 12. 79. Ubi & index scriptorum tam editorum, quam ἀνεκδότων est præfixus.

Blume (*Joh. Erasm.*) *Darmstat. Rhenan. Ecclesiast. Conf. A. Amstelod.* Conciones. Tugendschule der Natur. Amsterd. 12/ 66. edidit, quibus post Propositionem & Epilogum pios subinde versus subjunxit.

Alius porro clarus est Joh. Blume / *Lipf. Pastor Hakerensis in Esthonia.* Poeta exoticus, Germanus tamen gente, beneficioque nominis cum Poeta Germanico ejusdem, catalogo nostro inserendus. Sine dubio etiam vernaculam familiarem habuit, qui vernaculam Musam ornatu induit peregrino. Habemus enim Aus Deutscher in eestnische Sprache ausgefertigte geistliche Wochen-Arbeit / d. i. (1) Morgen und Abend-gebethe. (2) XVI. Hertzstärckende Lieder. (3) die VII. Buß-Psalmen. Leipzig. 12. 67. Ecce membrum tibi primum illius Hymni: JEsu meine Freude. &c.

Jesu / Röhmo taiwas
Minno Südda Waiwas /
Jesu minno lind.
Och! kui kauw' och kauwa?
Jesu kenne jouwa /
Minna püan Sind /
Jumla tall
Mo Reigo Hall /
Ilma sind ei peep mul tulla
Kmut sahp armbsamb olla.

Idem præstitit in suo, quem vocat Geistliche Freude / libello, *Georgius* Salemann / *Pomer. Past.* Reval. qui *Cantilenas Lutheri & aliorum* in linguam Esthonicam transtulit. *Reinerus* item *Broemannus* &c. Sed hæc obiter dicta sunto.

Böhme (Joh.) *Rector. Dresd. Olorem* illum *Venusinum* per tirones suos Germanice canere docuit, ipse ad canendum exigua dexteritate instructus. *Odarum* autem isti *Libri* diversis annis *Dresdæ* impressi sunt. Notus alias Martin Böhme / *Pastor. Lauban.* qui sub initium hujus seculi Dreyhundert Reimgebethlein / & alia, effudit.

Bohrmann (Georg) *Molitor.* Quæris mirarisque; Quid Saulus inter Prophetas? non socias moletrinæ, sed locum in Parnasso quærit. Igne profecto & aqua Poetica non interdicendus plane, etiamsi in pistrino nec tam venuste tamque facete, ut *Plautus*, scripsit. Ipsum Der Müller Ehren-Krantz. Leipz 8. 90. in obscuro illustravit. Rhythmi satis pii, & si sortem locumque vatis respicias, melioris utique farinæ, ac vel ideo non aspernandi, quod ab eo mortali proveniant, in quem istæ *tres* suspectiores Plauti *literæ* nil quadrasse videntur.

Bornmeister (Simon) Extat Geistlicher Lieder Blumenstraus. Nürnb. 12 / 85. Quo in serto flores pro colore, pro odore variant. Ad-

de fi voles; Schauplatz der Kayser. N. 12/85. *Æneida Maronis* quoque transtulisse fertur, cujus videndi copia mihi facta nondum est.

Bose (August) Nomine ficto celebris, Cui enim Talander non est laudatus? cui stylus delicatus, floribus pictus oratoriis, omnibusque legantiis abundans ad palatum non fuit? Quis denique suavitati ejus, ceterisque virtutibus Poeticis hactenus non applausit? Ingeniosus omnino Poeta *Bosius* noster, & cui vena felix ne invitata quidem paret. *Fabulas* autem suas, quæ vocantur, *Romanenses*, perpluribus versibus, tanquam stellis quibusdam, distinxit, de quibus suum Lectori judicium facile constabit.

Bose (Paul) *Archid. Dresd.* Auctor vel solo Bosiorum nomine clarus, fraterque *Ioh. Andr. Bosii*, summi quondam Ienensium Polyhistoris. *Pauli* quoque nostri, nunc beati, famam Sion & Helicon debuccinant, Virebunt in memoria posterorum ejus Dürre Linden/ oder Leichen-Reden und Gedichte/ erstes Reißgebund. Jehna 8/ 65. Tenuis fronte prima labor, non tenuis vero gloria, si præsertim copiam spectes inventionum, neutiquam vulgarium, quas ille versibus admodum canoris, ac tantum non Sophocleum redolentibus cothurnum, exornavit.

Boxberg (Christ. Ludw.) *Organœdus Haynensis*, sed dignus, qui a fortuna benigniori majorem ad gradum evehatur, & dignus, qui bonos inter Poetas, Poeta utpote ingeniosa quadam ac gravi spirituum facultate dives, merito recenseatur. Nihil quidem publico donavit hactenus; at quæ in Museo ipsius μελετήματα Poetica, *Dramata* inprimis *Musica*, perlegere mihi licuit, nervorum plena erant omnia. Ipse Musicus tam peritus, & αὐτοδίδακτος fere, ut cum quovis facile, quid possit uterque vicissim, experiri queat. Quid multis? quis in theatro Philureo, prima vice aperto, *Boxbergio* nostro sub persona *Lesbi* prima statim vice non applausit?

Bredelo (Heinr.) *Boruss. Academ. Nobil. Gvelfer. Prof.* Vir sane varia præstans eruditione, Poeta mire ingeniosus, facetus, stylum pro re nata temperare callens. Argumento sit Poetischer Tisch/ quam Jenæ degens 1682. 8. instruxit. Inprimis erudita viri *Præfatio* dignissima est, quæ a Poeticis istis *Daradiridarumdaridis Horribilicribrifacibus*que (in re barbara barbaris uti liceat vocabulis) inspiceretur penitius. Ibidem suavibus nugis clarus *P. Abrah. a S. Clara* ob insulsas vocularum combinationes salse perstringitur. Quem vindicare nescio quis terræ filius satagens, nimia sua bile non vilem aliis bilem stomachumque movit. Ejus prostant quoque Madrigalen. Helmst. 8/ 89 Quæ, ut varietate argumenti, & inventionum acumine vel maxime pollent; ita legibus car-

minum ejusmodi minime omnium respondent. Sic *Madrigale* XXXIX. versibus 16, & XL. v. 8 constat. Sæpius ponitur versus Trochaicus, mox Iambicus, nunc Dactylicus, nunc uno in versiculo pedes omnes istorum generum reperiuntur, plures ægre licet mensurare. Excusatur quidem in Præfatione Vates, quasi versus libere, ne qua durities oriatur, fluere permiserit; nobis tamen illud poterat sufficere, Daß es Verse (*ex Praef.*) welche mit Geist und Feuer geschrieben sind.

Brehme (Christian.) *Lips. Signifer* primum, dein *Vicarius Centurionis*. post *Sr. El. Saxoniæ Cameræ & bibliothecæ*, tandem *Consul Dresdensis*. Præter *carmina* varia ejus scriptis possidemus, Neue Hirten-Lust/ sub nomine *Corimbo*. Dreßd. 8/ 47. Allerhand lustige/ traurige/ und nach Gelegenheit der Zeit vorgekommene Gedichte. Leipz. 4/ 37. Spiritu mediocri Poeta, & qui rhythmos plerumque torquet magis, quam ligat. Multis in locis vox est, prætereaque nihil.

Breßant (Christian) *Dramata*, quæ in Theatro Gvelferbytano exhibentur, venæ Bressantanæ succum & sanguinem præ se ferunt. Calore plusquam subito, uti relatum nobis est ab iis, qui Virum norunt, opera sua & invenit ipse atque elaborat, & e scriptis inventisque aliorum mutuatur ac transfert. Inde Poetæ nostri seu labores seu calores sæpe frigent. At tamen excusandus fortasse, quod sæpius versuum Genera Italis propria iisdem pedibus eademque mensura Germanice referre, & numeros Poeticos numeris Musicis attemperare jubeatur. Ceterum mire felix *Bressantus* noster in motibus & turbis fingendis, elegantissimis illis & necessariis in Dramate partibus, Quas vel *Cleopatra* & *Julia* suæ spectatori lectorive ob oculos ponent.

Bretschneider (M. Adam) Edidit *Madrigalia* e Pericopis Festarum Dominicarumque dierum adornata. *Cizæ*, 6, 75. Elegantissimum certe carminum genus Madrigale, cujus incunabula Italis debentur. Optime hoc genus in Epigrammatibus scribendis, adhibetur, quæ ab acumine potissimum commendanda: parique ratione sterile est Madrigale, ac tali quidem nomine prorsus indignum, nisi ultimis saltem versiculis aut suavitate oblectet, aut gravitate pungat, aculeumque in animis lectorum relinquat. Ad leges itaque istas sententiam de præsentibus non difficulter ferre licet; quæ non tam ab acumine Poetæ, quam a pietate, facilique orationis συντάξει, rariuscule aut neglecta aut confusa, laudem sibi aliquam conciliare videntur.

Brix (Joh.) von *Cala* aus Niederlausitz in solennibus Gregorianis *Incendium Gorlitianum* versibus minime igneis, sed frigidis, in memoriam revocavit anno 1693.

Buchholtz (Andr. Heinr.) Post varia passim obita munia *Superintend. Brunsvicensis*. Ei tantum non ab omnibus adscribitur. Der teutsche Hercules/ und Herculiskuß. Extantque sub ejus nomine: Geistl. Teutsche Poemata Braunsch. 12/51. Hauß-Andachten/ ib. 8, 63. ubi *Meditationes* quoque extra leges positæ numerorum sunt appositæ. Sabbath-Andachten. Braunsch. 4, 65. Poeta vere Christianus, cujusque lyra piæ, quam delicatulæ aures, facilius delectantur. Artis quippe exquisitioris nihil hic, aut parum invenietur.

BUCHNERUS (*Augustus*) *Poes. & Eloqv. Prof. Witteb.* Vir, ut eloquentia & Poesi Latina vere augustus, ita non minus vernacula præstans, cui cum *Opitio*, amico longo sibi conjunctissimo, cumulatissimam attulit lucem, omni poetandi genere ad novam veluti obrussam exacto. Teutonico in Carmine Dactylum eleganter currere primus docuit. Quicquid canit, nunquam spiritu destituitur & gravitate, quandoquidem cuncta cothurno incedunt suo. Ad manus jam forte pervenit Viri hujus *Carmen*, nomine Civium Academicorum *Sperlingio*, celebri Physico illi, purpuram Rectoris feliciter capessenti, exhibitum, purpureum vero Purpuratoque facile dignum;

1.

Auf Wittenberg/ du Chur-Stadt deiner Städte/
Ermuntre dich/ du edle Musen-Schaar/
Begrüßet den/ der euch so günstig war/
Daß er beglückt sein hohes Amt antrete.

2.

Dich meinen wir/ den unser großer Sachse
Des Scepters Gold und Purpur-Mantel giebt/
Den unsre Pflicht ob solcher Würde liebt/
Und sie erhebt biß an des Himmels Achse.

3.

Du/ Sperling/ bist daß Wunder unsrer Zeiten/
Dem die Natur sich selber hat vermählt/
Und uns hierdurch mit ihr zu Dienern zehlt/
Die Schuldigkeit in Demuth anzudeuten.

4.

Es regen sich die starcken Elemente/
Und weisen uns durch einen neuen Mey/
Wie hier der Herr und Meister selber sey/
Der ihre Macht und Krafft erforschen könte.

5.
Wir wusten nicht/ weswegen doch die Erde
Sich allbereit mit Blumen so geschmückt/
Doch sahen wir sie bald vor dir gebückt/
Damit dein Tritt voll schöner Blumen werde.

6.
Dein Nahme steht auf allen frischen Blättern/
Und wird hierdurch der viergetheilten Welt
In grünem Ruhm auf ewig dargestellt/
Jedoch befreyt von allen rauhen Wettern.

7.
Damit nun dich der Himmel auch bekröhne/
Wiewohl du schon daselbst geschrieben an/
So haben wir! Herr Vater/ diß gethan:
Glückzu! glückzu! so ruffen deine Söhne.

Hæc sane genium illius superant temporis, neque tunc melius forsan a quoquam poterant cani; etiamsi nonnihil antiquatum alicubi redolere possint videri. Infantia enim politioris Poeseos tum adhuc vigebat, maculis e rudiuscula isthac nondum penitus abstersis. Dolendum certe, virum illustrem nihil, ut scriptorum reliquorum, ita carminum inprimis Germanicorum, edidisse, vel saltem collegisse, præter unicum, quod ego sciam, hac inscriptione: Weynacht-Gedancken und Nachtmahl des HErrn. Wittenb. 4/38. Editurus erat *Tres Hymnorum Sacrorum Centurias M. Joach. Scriverius, Buchneri* discipulus quondam; sed morte præventus præclarum hunc conatum implere nequivit. Excusus accurante *M. Georg Gœtzio*, invitis tamen heredibus Buchnerianis, Wegweiser zur Teutschen Tichtkunst. Jena/ 12/63. Cui editioni haud paulo meliorem velut opposuit *Otho Prætorius, Buchneri* gener haud degener, & in Professione Poetica successor, sub tit. Anleitung zur teutschen Poeterey. Wittenb. 12/65. ubi *nævi* editionis Gœtzianæ sunt annexi. Opera item ejusdem *Prætorii* laudati Poet/ Wittenb. 65. ex scriniis *Buchneri* in lucem est emissus. Bene omnino de Repl. Literaria meriti sunt, qui *Orationes Epistolasq;* & alias Viri augusti *lucubrationes* a situ vindicarunt: Quorum cum CLL. Fratribus *Schübeliis* non postremus est *M. Samuel Cnanthius*, Philologus ac Philohistor mirifice solers. Hujus enim insigni studio, & auspiciis Magnifici ac summe Reverendi *Sam. Bened. Carpzovii, Doctoris Theologi in Aula SAXONIS Primarii, &c. Poemata Buchneri* nostri *Latina* in singulare Musarum incrementum collecta pri-

primum ac edita nuperrime sunt. Parem in edendis propediem *vernaculis Poematibus* operam præstabit Vir optima sorte, optimoque præconio dignissimus.

Bürger (Joh.) *Gura-Siles. Past. Lubav. Churland.* Transtulit *Jacob. Catsii* Selbstreit/ oder kräfftige Bewegung des Fleisches und Geistes/ unter der Person Josephs und Potiphars Weibe. Amsterd. 12/48. Ex viro erudito, lingvæque Belgicæ gnaro me audire memini, ut *Catsii* omnia, ita hoc præ cæteris esse nitidum Poema. Num vero Gratiæ Belgicæ stolis indutæ vernaculis comte satis incedant, quæri utique potest. Hoc ipsum *Catsii Poema Homburgius* transtulit, editum *Norib. 47. a Burgeri* Minerva non abhorrens, sic tamen, ut Silesio nostro dubia reddatur palma. Planus in *Burgero* stylus: *Homburgius* interdum assurgit, dictione paulo exquisitiori usus. Ille sinistre versus non raro metitur, voces adhibet incongruas, rhythmorumque pauper addit otiosa: hic quidem coloris ejusdem versus, faciliores tamen, minusque duros fabricatur.

C.

CÆSIUS v. Zesen.

CAHLENUS (*M. Fried.*) *P. L. Gymnasii Halensis* Conrector, demumque *Rector*. Silvestrem tenui Musam meditatur avena, versibus Germanicis *Virgilii Bucolica* reddens, quæ sunt ipsi Zehen auserlesene Hirten-Lieder. Halle 4/47. Pace Osnabrugensi pacta *Panegyricum* Halæ recitavit editque 4, 48. titulo: Friedens-Herold. Anno 53,8. excusum est, Poetisch Fest-und Sontags-Ruhe/ Geist-und Lehr-reicher in dreyen Sprachen verfertigten kurtzen Gedichten. Et si qua folia volitant alia. Vineta *Flemingi* cumprimis cædere audet, sed ausu impari. In carminibus fere singulis nitor omnis & sententia laborat. Nos ex *Epicedio* libamus sequentia:

Drum klaget/ zaget nicht/ GOtt hat den Sohn genommen/
Der halset/ küsset ihn/ und giebt ihm manchen Schmatz/
Als seines Hertzens-Freud/ dem allerliebsten Schatz/
Zu seiner Engelschaar/ und allen andern Frommen/
Da er zu lauter Lust ꝛc.

Caldenbach/ v. Kaldenbach.

CALISIUS. (*Joh. Henr.*) *Woblav. Siles. Ecclesiastes* tandem *Limpurg. & Past. Sulzbac* sub nomine *Cloridans* von Woblau aus Elisien blauer Korn-Blumen/ oder einfältiger Hirten-Gesänge dreyfaches Bündlein. Ulm. 8/55. primo juventutis vere, annum forte decimum

 quar-

quatum intra & vigesimum, ut ipse fatetur, flosculos suos constipavit. Alacre ingenium prodit, cui tamen judicii maturitas ætate isthac multo postea vix poterat respondere. Non deest vigor ac dulcedo versibus ejus, tersis quoque, si solam excipias constructionem. Nescio, an stylum *Epistolarum*, quas præmittit, *Amatoriarum* perinde omnes probaturi sint. Sed hæc, quippe quæ Oratoria, nihil ad nos. Plures promittit *Hymnos*, præcipue *Sacros*; complures etiam eosque satis elegantes exhibuit *Libro Precationum*, sub titulo: Andächtige Hauß-Kirche/ Nürnb. 8/76. editarum.

CANDORIN. v. Hövelen.

CELADON, v. Greflinger & Negelein/

CHRISTELIUS, (*R. P. Barthol.*) *S. J.* Solent personæ Principes majoris pompæ & recreationis gratia moriones poetastros (Pritzsch-Meisters) alere in aulis. Quod si Apollo in Parnasso ex nugis hujusmodi homuncionum aliquid voluptatis caperet, dignissimus certe omnium *Christelius* noster esset, qui communi Musarum Poetarumque suffragio *Parnassi Morio* eligeretur, vel invito risum excitaturus Lector non morosus verbis subscribet nostris, dum Reverendi Patris nostri *Zodiacum Letofatalem* perlustrabit, Lustiges Sterb-Jahr/ mit Sinn- und Geistreichen Grab-Schrifften und Schluß-Reimen ausgezeichnet. in der alten Stadt Prag. 8/90. Neque non tamen etiam ex his, veluti ex scoriis aurum, colliget is, cujus in cerebro non plane præponderat plumpum. Unam duntaxat alteramve obryzi Christeliani unciam expendere juvabit.

1.

Hier ein Reimschmiedlein liegt/ beflißen aufs Reimstellen/
Die sich wohl reimten auf Käß'/ Hering und Sardellen/
Umb diese Fasten-Weid' heim unbeschmizt zu bringen/
Daraus nehm ab/ wie sie so sauber müßen klingen.

2.

Ein Roth-Kopf liegt allhie mit langen Judas-Zotten/
Ließ/ alß er lebte sich Haars halber gar nicht spotten.
Izt magst du ihn wie dirs gefällig/ wacker zausen.
Lebt' er/ die Kolb' er dir unfehlbahr würde lausen.

3.

Ich wallfahrte nacher *Quin*,
Da es lieblich tagte:
Quo te pedes, wo wilst hin?

Mich

Mich der Todt befragte.
Mit Latein ich wieder sprach:
Ego tendo Quinam,
Er mich aber schiel ansach'/
Und mich plötzlich himnahm':
Quinam, quænam, quodnam seys/
Mir ist eins wies' andere/
Sprach er/ nur/ ein andre Reiß'
Mit mir ferner wandre.

4.

Ein alter/ und stinckender Krebsiger Schaden/
Hat allhie Beerdeten jüngst abgeladen:
Fragst/ ob er gastiere mit Fleisch oder Fisch?
Jzt Würmern von Krebsen er anricht ein Tisch;
Wann s' Donnern am jüngsten Tag ihn aus der Erden
Wird treiben/ er wieder Krebsgängig wird werden.

Claudite nunc rivos, pueri, sat prata biberunt.

CLARA. Nomen integrum agyrtis, lippis & tonsoribus notum: *P. Abraham a S. Clara*, Augustiner Parfueßer und Kaiserlicher Prediger. *Pater Fabian & Fablian*, ob fabulas, quas in cathedra sacra crebro effutit, per jocum dictus. Pares cum paribus facile congregantur, & graculus graculo effidet. Par nobile fratrum, *Christelius* & *Abraham*. Si tertiam Gratiam gratiosæ isti Patrum bigæ addere liceret, *Christian Franc. Dikatana. Rectore in Libbilense Bohemia*, producto in scenam, perbella sane *triga*, seu mavis, *trifolium* pulchrum redderetur. *Dikatana* amœnitates *Poetica* in Gymnasio Zittaviensi, ubi prelo submitti solent, nimis notæ sunt. Nos ridibundi Lectoris jam parcentes illis, severiora hæc ipsi & innoxia & *Abrahamo* propinamus:

Auf! Auf! du fromme Clerisey
Mit allen Ordens-Goßen/
Jhr alle seyd vorm Tod nicht frey/
Man macht kein neue Poßen:
Das *Reverende Domine*,
Mit schönen Titl und *Nomine*,
Thut euch vom Tod nicht retten/
Dann sterben müßen alle Leut/
Das ist ein alte Metten.

Ihr hoch- und wohlgelehrte Köpff/
Doctores und *Discipel*,
Ihr seyd mir gleich wie andere Geschöpff/
Komt singt mit mir den Tripel/
Ich nimb auch *sine Venia*,
Ewere witzige *Ingenia*,
Acht weder Buch noch Büchlen/
Dann sterben müßen alle Leut/
Man wirds euch wohl nicht Küchlen.
Allo! hinweg Allabaster-Gsicht/
Mit Spiegel und mit Kampl/
Eur schön Gestalt überredt mich nicht/
Mir ist schön wie der Trampl/
Fort *Helene*, *Penelope*,
Und was dergleichen Contraphe/
Mit samt des gemeinen Plunders/
Dann sterben müßen alle Leut/
Man macht euch wohl nichts besonders.
Gickes gackes Bloder-Zung/
Rede dennoch einmahl bescheid/
Sag/ sterben müßen Alt und Jung/
Sterben müßen alle Leuth.
Omnes quotquot orimur,
Sag/ *omnes quoque morimur*,
Es sey gleich morgen oder heut/
Sterben müßen alle Leuth.

Excerpta hæc sunt ex Mercks Wien/8/80. In aliis suis opusculis si non pari gravitate, at infinita quadam suavitate usus est lepidissimus *Pater Clara*. Clarior utique vena Silesii cujusdam eodem fere cognomine.

CLARE (Georg Heinr.) Hertzberg. Qui Danck-Lied auf das Evangelische Jubel-Fest/ 1630/ concinnavit.

Claußnitzer (M. Tob.) *Superint. Pargstein. in Palatin.* Legimus, Gekreutzigten JEsum/ Leipz. 4/44. Elegiam, quæ in multis limæ censoriæ subjici debebat: imo dignum obelisco *Carmen* prolixius, hac inscriptione: Himmlische Gedancken über die Wunder-Geburth Jesu Christi/ eodem anno *Lipsiæ* vulgatum. In quo dum Poëtam agere satagit, nominis Christiani oblitus- ethnici sumit personam: Quod in re

tam

tem sublimi & mysteriis plena justam sane reprehensionem incurrit. Melius se gessit in opusculis reliquis: Friedens-Traum des Meißnischen Zions/ aus dem CXXVI. Psalmen/ Leipz. 4/45. Frölicher Friedens-Both. 4/48.

CLESELIUS (*Abrah.*) *Past. Prim. & Insp.* vorm Jauer zum Heil. Geiste. Non inficiandi nominis Poeta, licet calamum inflans tenuiorem, quam ut Silesium agnoscere statim queas, in libro, qui inscribitur: Frömmliche Andachten über die gefällige Sonn- und Festtags Episteln. Jauer/ 8/88.

GÖRBER, (*M. Ioseph.*) *P. L. Scholæ Curiens. Collega.* Poetæ titulum vel citra laurum mereri voluit foliis quibusdam, in quibus Der XCI. Psalm in des Hebreischen Königlichen Propheten und Poeten Davids/ neben etlichen Schutz- und Lob-Schrifften Dem rc. *Gustavo Adolpho*, R. S. übergeben. Λόγον ὦ βασιλικόν. Audiamus versiculum primum:

Wer in des Schirm/ dem sich all Höhe untergeben/
Sitzet; ob dem rc.

Distinguendus ab eo, numeroque talium eximendus venit Poeta Latinus *Ioh. Gorberus*, qui *Tragemata Melica* edidit.

COLBOVIUS, (*Petrus*) *Gadeb. Megalop.* Rhythmos perquam obsoletos in publicum emisit, titulo: Chymisch Carmen/ von unterschiedlichen noch unbekanten nothwendigen Königlichen Universaln Alkahest/ *Menstruis*, zum unterschiedlichen *Chaos* der *Philosophorum* und dem *Lapide Philosophico* selbsten; mit samt des *Arteph* und *Pont Secreten abbreviir*-Feur: *Medicis*, Apotheckern/ *Chymicis* und *Laboranten* nützlich zu lesen. Dreßd. 8/67. Vel prima facies ostendit, *Petrum* nostrum aut *altera* sui *parte* laborare, aut nescio quid alere monstri.

COLERUS, (*Christoph.*) *Prof. Gymnasii Elisabethani Wratislav.* Magnis in laudibus versatur, sed *Poematum* suorum nihil, præter Gute Letzt Der Durchl. Elisabeth Magdalene / Hertzogin in Schlesien/ 4/30. videre nobis licuit hactenus.

CRAMERUS, (*D. Dan.*) Theologus magni nominis & *Superint. Stetin.* In *Chronicis* ejus *Pomeranis Ecclesiasticis* offendimus tanquam appendicem, Zugab fürnehmer Lehrreicher Geschichte rc. für der Zeit mehrentheils in Druck gegeben und Versweis gemacht. Rhythmi sunt. Qui enim tunc temporis aliter fieri poterat?

CRELLIUS, (*M. Sam.*) *Rect. Waldenb.* Cecinit Geistliche Lieder/ nebst einem Anhange von XX. Reim-Gebethen. Zwickau/ 12/76. Po-

litior jam eo tempore Poesis florebat, politiores quoque hymni fieri debebant. Sed humi serpit Poeta, sæpiusque constructionem ita invertit, ut vocabula composita, quæ vi Syntaxeos naturalis soluta erant iterum componat, quod vitium apud alios vix deprehendes, v. g. H. II. Von meinem Lager ich aufsteh ꝛc.

CROPHIUS, (*Ioh. Bapt.*) *Augustan.* P. L. C. *Melch. Küselii Icones Biblicas V. & N. T.* Augustæ 4, 79. editas versibus Germanicis, luculentis quidem iis, sed Suevicam propter dialectum ingratis, donavit. Prostant quoque ipsius *Carmina* in *Leopoldum*, Augustam 1689. ingressum, & *Iosephum*, diademate Imperiali Regio ornatum, vario idiomate concinnata.

CRUSIUS, (*Ioh.*) *Pastor.* zu Groß- und Klein-Görschen. *Ἀπο-θέωσιν* poeticam ipsius filius *Gottofredus Crusius* instituit, opus posthumum edendo, *Rhythmicam IESU Memoriam.* Chemnitz/ 8/ 75. Et sunt rhythmi, prætereaque nihil, quibus in concionum clausulis est usus.

CUNO, (*Christ. Fried.*) K. g. P. Ingenium suum ostendit *Medidationibus Sacris*, quas *Odæ* vermiculatæ dictione temperata, erudita pietate, piaque eruditione gratiores reddunt, & vocantur Geistliche Seelen-Früchte. Jena/ 12/ 71.

CUNRADI, (*Casp.*) *Siles. Medic. Doct.* qui tamen non Æsculapio solum, sed una quoque Apollini litavit, laureaque cinctus edita *Annalium Evangeliorum Paraphrasi Latino-Germanica*, boni est Poetæ nomen adeptus.

Czepko (Dan. von) Röm. Kayserl. Majest. wie auch Liegnitz-Briegisch- und Wohlauischer Regierungs-Rath. Vir nobilis, nobilis quoque Poeta, ut vena & sanguis attemperate sibi respondeant. At præter *Psalmos Septem Pœnitentiales*, (Siebengestirn Königlicher Buße/ Brieg/ 8/ 71.) reliqua *Pœmata* cultissima nobis iniqua fors invidit. Ejusdem Rede aus dem Grabe in *Gryphii Operibus*, p. m. 509. evolvenda.

D.

Dach/ (Simon) *Prof. Poes. Regiom.* Totum fere vitæ spatium numeris poeticis impendit, atq; hoc in genere sic eluxit, ut omnino dolendum sit, nil certum in volumen redactum fuisse a Poeta nostro spiritus ubique & succi pleno. Specimen autem venæ Dachianæ qui desiderat, *Henr. Alberti* Lust-Wäldlein/ *Anonymi* item Poetisches Lust-Gärtgen/ & *Christoph. Caldenbachii Poeticen*, evolvat. Post obitum quoque *Dachii* prodierunt *Poemata de Brandenburgici Electoris Rosa, Aliqua, Leone & Sceptro.*

Danck/ (Cordt) Buchhalter/ in der Kunst-Rechnungs-liebenden *Societat* Der Denckende. Edidit libellum: Frucht-bringendes Gespräch Spiel/ darinnen die eigentliche Beschaffenheit von der zu Hamburg aufgerichteten Kunst-Rechnungs liebenden Societæt ꝛc. gehandelt wird. Copenh. 12/91. Ubi metra qualiacunque adjecit.

Daphnis aus Cimbern/ q. Rist.

Dedekind/ (Constant. Christian.) *Concordin* appellatus. Haudquaquam parcus fuit in versibus pangendis, quorum possidemus plurimos, plurimos etiam desideramus. Sufficiat tamen quosdam enumerasse: Davidische Hertzens-Lust/ 12/ 69. Davidisches Halleluja/ 8/ Davidischer Harfen-Schall. 12/ 70. Der CXIX. Psalm Davids in XXII. Liedern. 80. Heilige Myrrhen-Blätter. 12/ 65. Sang-Fälle/ Music-Kammer/ Süße Mandel-Kern. Elbianische Musen-Lust. Catsens Krantz und Trauben-Bild. Ejusdem Glantz und Blumen-Schild. Ejusd. Männer Regieren und Weiber Gebähren. Ejusdem Aeltern Spiegel. Masanißa und Sofonisba. Ehe-Betrug/ 54. Flüchtiger und gefangener auch wieder erlöster Leonhard. Venus-Trödel. Lustige und traurige / auch wieder erfreuete Königs-Hulde. 58. & innumera alia. Neue Geistl. Schau und Sing-Spiele. 70. & 71. &c. &c. De singulis emunctioris naris Lector facile dijudicabit. Orthographia certe ista quibusdam ab acriculis exclusa, vel vulgo est nota, an risa? Nobis placet, quod *Famian. Strada* ingeniose fingit, *Statium* nempe, Poetam illum Romanum, *in summo cacumine eminentioris Parnassi collis considere, sed ita periculose, ut semper lapsuro similis videatur*, c. *Borrichio Dissert. de Poetis.*

DEMANTIUS, (*M. Christoph.*) In publicum evolare jussit (infaustis licet alaudis) *Lusciniam Poeticam, diverso nomine insignitam, quarum una dicta est Sionia, altera Lugubris, tertia Medusæolum*, das ist/ Entsonderter Hippocrenes Flüßlein. 8/ 44. Rauca Luscinia, quam lævam cornicem jurares aut anserem, stridore vocis vel semel exaudito.

DENAISIUS, (*Petr.*) Vid. omnino Morhof/ Unterricht. p. 423. Quod *Melch. Adami* elogium *Petro* nostro dicit, de Poematibus, ut illo tempore, accipiendum videtur.

Dillher/ (Joh. Mich.) *Antistes Norib.* Memoriam nominis sui, ut erat Theologus illustris, magna cum laude immortalitati commendavit. In Meletematibus suis piissimis eruditissimisque nec a Poesi abhorruit, sed passim, quid valeat in illa, non obscure ostendit. Attamen multa ex *Betulii* vena promanarunt, quæ lector facile a se invicem di-

 stingue-

stinguere potest. Quas anno, 1692, 4. *Odas* Musicus quidam sub inscriptione: Geistreiche Andachts-Arien/ adjectis modulis publicavit, desumptæ sunt ex *Dilberri* Emblematischer Fürstellung über die Sonn- und Festtäglichen Episteln und Evangelien/ & solius Poetæ nostræ foetus videntur.

Döring/ (Dan.) *ICtus & in Præsulatu Wurcensi Cancellarius.* Publico dedit Geistliches Harffen-Werck. Leipz. 12/ 54. cujus soni licet parum artis prodant, piis tamen affectibus movendis non parum inservire possunt.

Dößler/ (Wolff Christoph) Vir pius, pias etiam, nec minus eruditas *Meditationes Odasque* dedit in libro Gottgeheiligte/ Christnützlich ergötzende Seelen-Lust. Nürnb. 8/92. Noricissat tamen. In fronte opusculi nomen auctoris literis initialibus W. C. D. occultatur.

DOMAN, (*Ioh.*) *Urbium Hansetticarum Syndicus.* Hujus eruditum *Poema* & artificiosum plane supra ætatis illius genium apud *Morhof*, Unterricht/ pag 381. descriptum est. Quo lectorem non inviti ablegamus.

DONATUS, (*Christian.*) *Regiom Senator Lobnicensis.* *Poemata Germanica* varia scripsisse fertur, quæ mihi vero nondum licuit videre.

Drachstädt/ (August) *Halensis Saxo, I.U.L.* In summis varibus merito æstimandus: Parnassum certe varii argumenti *Poematis* sibi devinxit, in quibus nihil humile aut jejunum, omnia gravia, solida, sonora, & Silesiam spirantia majestatem. Hoc tantum desideramus, ea publici nondum juris esse facta. At tamen Musæ illæ Drachstædianæ posthumæ in scriniis doctissimis *M. Alb. Christ. Rottbii, Ecclesiastæ Lipsiensis*, Patroni Præceptorisque multis mihi nominibus ætatem venerandi, coluntur, usque dum in lucem publicam, quod mox fieri speramus, prodire jubeantur. Interea mihi gratulor, eas nuper exosculandi copiam a CL *Rottbio* laudato mihi factam esse. Quæ vidi, quæque placuerunt inprimis, Lectori bono haud invidebo. Est autem illud *Epicedium Bernhardi, Ducis Iena-Saxonis.*

Last/ Helden/ euren Fuß itzt von dem Throne steigen/
  Den ihr im vollem Glantz bißher betreten habt:
Last eure Hoheit sich zu Toden-Grüfften neigen/
  Darinn ein kalter Leib sich mit den Würmern labt/
Legt Kron und Purpur ab/ last Schild und Zepter liegen/
  Bey Gräbern darf ein Mensch nicht majestätisch stehn.
Hier müssen umb den Leib nur Trauer-Binden fliegen/
  Und neben her das Chor der Toden-Fackeln gehn.

Kommt

Kommt/ schaut in diese Klufft/ in welcher Potentaten/
Und Häupter dieser Welt ihr Haupt in Staub gelegt.
Könnt ihr auch wohl annoch aus dieser Asch errathen/
Daß Alexander hier die stoltzen Waffen trägt?
Ist diß des Cyrus Leib/ den güldne Wagen führen?
Soll diß Darius Bild samt seiner Hofstadt seyn:
Betrachtet/ ob ihr noch vom Xerxes könt was spühren:
Seht! hier ist Cäsars Grab/ dort Nerons Leichenstein.
Hier liegen Hannibals/ nechst dem Pompejens Knochen/
Des Antons Schedel ist vom Schlangen halb verzehrt.
Fragt/ ob noch Julian wil mehr den Himmel pochen:
Auch selbst der grosse Carl liegt hier in Staub verkehrt.
Noch tausend andre sind in diese Grufft gesetzet/
Die alle Kron und Thron bekant und groß gemacht.
Wer aber ist/ der noch ihr Grab mit Thränen netzet?
So gar vergänglich ist der Allergrösten Pracht.
In einem Nu vergehn die schönsten Regenbogen/
Doch noch geschwinder offt der Fürsten Herrligkeit.
Auch denen Erd und Pol/ und alles war gewogen/
Hat hier in Asch und Grauß gelegt das Recht der Zeit.
Allein was öfnen sich anitzt vor dunckle Schatten?
Wer ꝛc.

Dübner/ (Laurent.) Von Neuwedel aus der Marck / *Schola Freiberg. Collega.* In *Poemate* prolixo', Das ewige Leben ein schönes Leben/ dem Lebens-Fürsten JEsu zu Ehren. Freyb. 4/57. impar est materiæ tantæ. Argumentum enim hujusmodi gravitatem suavitate temperatam omnino requirit.

E.

Elmenhorst/ (Heinr.) *Hamburgensis Pastor*, demum in patria Musas quoque habuit familiares. Quos vero cum ipsis congressus sigillatim habuerit, nos latet. Solam vidimus *Rosettam* ejus Leipz 8/73. paucis admodum versiculis comptam. Ceterum legi meretur *Elmenhorsti Dramatologia*, qua Dramata hodierna Musica, quæ *Operas* vocare amant, in ministerio Ecclesiastico jam tum constitutus, strenue defendit.

Emrich/ (Sam.) *Wratisl.* Entwurf/ was sich in Verkündigung der Geburth unsers HErrn und Heylandes Jesu Christi bey den Bethle-

Bethlehemitischen Hirten zugetragen. *Drama* odit constans Pindarigis, nec arte nec ingenio præstans.

Engel. q. ANGELUS.

Erdmann/ (M. Gottfr.) *Diaconus Eulenburg.* Magnam sibi laudem conciliavit, edito libello non magno, sub titulo: Evangelisches Honig. Leipz. 12/90. Sincerum utique mel apponit, dulce, ac fortasse nemini non futurum ad palatum. Pascit hic se & pascitur anima DEO devota, non secus ac florigeris in saltibus apes. Accedentibus vero etiam modulis suavissimis, quas diebus Dominicis adhibere solet CL. *Schellius, chori Musici Lips. moderator*, auditores, perinde ac apes ad tintinnabula, dixeris convolare.

Ernst/ *Princeps Anhaltinus*, Reimgebethe scripsisse perhibetur; nobis hactenus nondum visas.

Ernst/ (M. Jac. Dan.) *P.L.C. Ecclesiastes Altenburg.* meritissimus. Famam ingentem operibus suis Historicis adeptus est, quam non parum vena felix, in libellis ipsius, potissimum in der Eitelkeit/ passim saliens, exauget. Ceterum sanguis interdum inter agnatos Hippocrene communi tinctus videtur, ut ex una eademque stirpe plures propullulent Poetæ. *Scaligeros* novimus, *Dousas*, *Heinsios*, aliosque. In Helicone nostro *Gryphii* celebres, & alii. Ecquid & *Ernestos* annumerare vetat? Nobilissimum *Ernesti* nostri fratrem, DN. *Ioh. Henr. Ernesti*, Patronum ac promotorem meum, multis mihi nominibus suspiciundum, quis ignorat? Quem videlicet *Publicum Poeseos Professorem* meritissimum Alma nostra colit.

F.

Feinler/ (M Gottfr.) *Pastor in Meyen.* Poetisches Lust-Gärtgen adornavit, 8, 77. Viridarium hoc qua raritatem arborum, qua florum varietatem sat amœnum & sedulo cultum. Sarmenta, quæ forsan hic sarrire quis possit, non sunt nimis advertenda. Felix quoque Hortulani nostri manus dum arbusta exotica patriis inserit areolis.

Feller/ (L Joach.) *Cygneus, Poes. P.P. Lips.* Quis autem *Cygnum* hunc *eburneum* ignorabit? cui non imis hærebit præcordiis delicium illud Musarum? Norunt boni omnes merita Viri Beati, & eruditionem norunt. Obitum certe omnis Helicon toties luget, quoties, at quam sæpe! lugendi causas, morte Cygni hujus exortas, cogitur recogitare. Sparsim Camenæ fideles *Carmina* ejus custodiunt, ad quæ natus videbatur. Etiam ingenii poetici vena salire dicitur in *Fratre* ipsius, nuper defuncti

functi, quantumvis fonte caballino haud unquam proluerit ora. De quo ex literis *Nob. Dn. M. Dan. Mülleri, Athenai Portens. Rect.* celeberrimi ad nos datis excerpere quædam non erit incongruum: Es ist sonst auch bekandt des seel. Herrn Fellers Bruder in Zwickau/ zwar von *profession* ein Tuchmacher/ bey dem das *naturelle* gut / aber ohne *cultu* ist. Doch hat er ein groß *volumen* allerhand Lieder zusammen geschrieben / oder vielmehr schreiben lassen/ denn er selbst nicht schreiben kan/ aber so ein gut Gedächtniß hat / daß/ was er hinter dem Würck-Stule ausstudiret/ er hernach/ gleich als ob ers herläse / in die Feder dictiren kan. Wenn er ein Italiäner wäre / würde er mit dem *Peru* oder *Martha Marchina* in die *Pinacothecas* gebracht werden. Ecce! & *Oda* quædam DEO devota forte fortuna sese offert, quam proxime a funere suo, cygnorum more, *B. Cygni* nostri *Conjux* suavissima suavissime cecinit:

Erheb dich meine Seel
Aus dieser Jammer Höl/
Verlaß das Welt-Getümmel/
Dein Wandel ist im Himmel/
Von dannen wart im Leiden
Des Heylandes mit Freuden. 2c.

Felix omnino Poetria, & Poetæ illius ac Theologi maximi, *Frid. Rappolti* gnata.

Ferber/ (Wolfg.) *Sr. Ioh. Georgii, I. p. m. Poeta aulicus & civis Cygneus.* Inclytæ illius, quæ nunc floret, familiæ Janus Patulcius. Præter *Carmina* quædam *Gratulatoria*, quæ in scriniis nostris asservantur, Christliche Kirchen-Andacht/ oder kurtze Betrachtung der Sonntäglichen Evangelien/ 4/ 29. meditatus est. Non minus pie, quam sine arte artificiose ῥυθμίζει, πολλάκι τὸν κάλαμον βάψας εἰς νοῦν. Plurima quoque versibus, quos vocant, Alexandrinis, iisque bonis tinxit *Ferberus* noster. Appendicem porro elegantem carminis gemini, unius de *Cœna Domini*, de *Christi Sepulcro* alterius, meditationibus suis adjecit. *Jobum* etiam versibus suis donasse nobis constat, sed prelum nondum vidit. Ceterum jocosos quosdam versus non apponere non possumus, quibus Poeta noster quendam *W. L.* qui a *Ser. Sax. Electore* Osteram, prædium suburbanum ornatissimum, precibus eblandiri non erubuit, in ruborem, jubentibus ita Sereniss. Heredibus, dedit:

Da kömmt W-L-hergetreten/
Und will Oster vom Chur-Fürsten ausbeten;

War-

Warumb nicht Dreßden und das Schloß/
So wär der Chur-Fürst L - - Hauß Genoß.

Fersch/ (Stanisl.) Von Grotgau. In opusculo exiguo, Spatziergangs Begebnis/4/51. in honorem Onomasmatis paterni elaborato, vena Silesiaca versuum e facilitate facile cognoscitur. At majores sibi sumsit spiritus in *Poemate* bene prolixo quod inscribit: Die Angst/ Bande/ Verspottung/ Striemen/ Wunden/ Blut/ Kreutzigung/ Tod/ JEsus CHristus/ unsers einigen Erlösers und Seeligmachers 4/52.

Fiedler/ (M. Caspar.) *Archidiac. Rochliz.* In *Epigrammatibus*, Heilige Seelen-und Gemüths-Erfrischung. Leipz. 8/85. dictis, quæ acumine, quæ sententiarum rotunditate, quæ moralitate, quæ applicationis convenientia, æquabilitate denique vel sua delectent, vel prosint.

Fillidor/ v. PSEUDONYMUS.

Finckelthauß/ (Gottfr.) *Prætor Lipsiens.* Nomen suum lepide solet occultare sub nomine ficto Greger Federfechters von Lützen. Item prolixius in *Thalassione* quodam jocoso.

Groß bin ich in dem Himmel. (Gott-)
Man hört ein Kriegs-Getümmel/
Wo ich nicht mag auff Erden/
Allhier gefunden werden:
Weßwegen auch die Stände
Bemühen Haupt und Hände/
Damit vor allen Dingen
Sie mich zu wege bringen. (Fried)
Der Orth/ den ich besitze/
Hat Glantz/ doch keine Hitze. (Finckelthauß.)
Rath/ ob dus kanst erfinden/
Wie heiß ich vorn und hinden?

Opuscula ipsius præcipua sunt: Des weisen Salomons Hohes Lied/ samt andern Geistl. Andachten. Leipz. 8/38. Ubi cum *Opitio* in arenam descendere videtur. Deutsche Lieder. Leipzig. 11/44. Lob-Spruch des wunderbahren Heilbrunnens zu Hornhausen/ als auch von Kayser Carls des Großen Tochter/ Nahmens Imma ꝛc. Dreßd. 4/46. Est & nobis *Epithalamium* prolixissimum in nuptiis *Gabrielis* cujusdam *Voigtii*, decantatum. Ludit sane jocaturque apposite, dum per Inductionem quandam cunctas mundi nationes, & omnia fere genera vitæ pro-

producit, ubique gentium dominari amorem evincens. Poesis ipsius adeo frugi est, ut Joh. Christ. Göring. *in præfatione* Der Liebes-Meyen-Blümlein/ præter alia in votis habeat Herr Finckelthausen Orffeisch-Pluton-und Proserpien-erweichendes Amffionisch-Steinfelsen-nach sich führendes und Arionisch-Delffin-bewegendes Klingen. Iocosus utique noster, floridus, jucundarumque dives inventionum. tersus & facilis, ingenii libertatem nulli mancipans rigori eorum, qui legislatoria quadam severitate usi, tantum non omnia vocabula civitate non origine Germanica, e lingua materna, sigillatimque Poesi ejicere πὺξ καὶ λὰξ contendunt. Nescio enim, quo jure hanc sibi potestatem sumant censores isti, totum ut Parnassum legibus suis, pæne dixerim absurdis, constringere satagant, quasi ex vocibus, civitate Germanica jam donatis, nemini autem ignotis, Respublica Poetica grande capiat detrimentum.

Fischart/(Joh. dictus Mentzer) *I. U. D. M. Pauli Crusii, Argentinens. ad S. Wilh. Diaconi Versus Latinos*, Sacrorum Biblicorum figuris substratos, ῥυθμοῖς ἀτέχνοις exposuit, *Argentor.* 8, 25.

Fleischer/(Tobias) Rem divinam Musis fecit offerendo Erstlinge von Tragedien/ Heldenreimen/ und andern Tichtereyen/ 8/ 66. Quibus tum primitiis facit, gravitate ornatuque ingenioso, thure velut suaveolenti, conciliatus facile ipsi ridet totus Parnassidum chorus.

Flemmer (Christian) *Stinib. Saxo*, Opera ipsius Rosen Helmst. 4, 67. sese explicare cœperunt, quæ tamen ipsæ, ipso in flore scarabæis nescio quibus adesæ, paucis exceptis, floccidæ omnes flaccidæque nobis sunt visæ.

Flemming/ (Paul) *Med. D. Hartenstein. Misnicus*. Vanam igitur ex *Flemmingio* conterraneo, ut gloriantur, suo captant *Narisci* quidam. Celebris illius legationis, quam *Fridericus, Holsat. Dux*, in Moscoviam Persiamque misit, pars fuit, cantuque molli saxea Barbarorum corda, vellent nollent, perinde ac alter quidam *Orpheus*, permovit, traxit, ac tenuit mirandum in modum. Sponsus obiit *Hamburgi* 1640. eodem, quo *Sarbievius*, die. Adeo immite fatum iratumque fuit, quod una luce duo Heliconis, alterum Latini, Teutonici alterum, splendidissima lumina extinxit. In delitiis certe Noster suo fuit tempore illis, quibus Olores in delitiis esse solent. Altius utique ipse ascendit *Opitio* ipso, solus ferme ad Epicum aptus Poema, jure meritoque sic judicante *Morhofio* Unterricht. p. 426. qui plura in hanc sententiam ibidem affert, eaque lectu prorsus digna. In *Sonnettis*, quæ vocantur, parem fortasse

tasse neminem agnoscit. Atque id sane versuum genus, quo plus elegantiæ solertiæque sibi deposcit, eo magis Flemmingiani felicitas ingenii admiranda venit. Scilicet sua quæque ingenia trahuntur voluptate. Facile hoc fertur in Trochæos, illud in Jambos, in Dactylos aliud. Aliud sacra modulatur optime, quod invitum ad profana trahitur, & vice versa. Quibusdam promtior in Epigrammata, Madrigalia, Satyras, vena conceditur. Huic concisa carminum genera alteri luculentiora curæ cordique sunt. At Noster in omnibus propemodum excellit. Carminum ipsius *Prodromus* post obitum a *M. Adamo Oleario*, itineris fortunæque socio, prodiit *Hamburgi*, 8, 41. Deinde a socero *Nibusio, cive Revaliensi*, *Poematum*, quæ colligi poterant, omnium editio procurata est, sumtus suppeditante *Mart. Mullero, Bibliop. Numbnrg.* 8, 66. Iterata fuit anno, 85, *Martisburgi*. *Prodromi* pars maxima, sub titulo: Poetischer Wälder neues Buch: pars aliis locis operi integro est inserta. Ceterum *Odæ I. Libri I. Odarum* non *Flemingium*, sed *Finckelthusium* novimus auctorem. *Carmen cygneum de Passione Servatoris* paulo ante obitum cecinit Olor noster, moribundus, ut in exequiis distribueretur, jussit voluitque. Ipsum denique *Flemingii Epitaphium* moribunda pariter manu compositum ab ipso, huc reponere juvat, ingeniosum illud, neque minus verum, quam gloriosum:

Sonnet.

Ich war an Kunst/ und Gut/ und Stande groß und reich/
Des Glückes lieber Sohn. Von Eltern guter Ehren.
Frey; Meine. Kunte mich aus meinen Mitteln nehren.
Mein Schall floh überweit. Kein Landsmann sang mir gleich.
  Von Reisen hochgepreist. Für keiner Mühe bleich/
Jung/ wachsam/ unbesorgt. Man wird mich nennen hören/
Biß daß die letzte Glut dis alles wird verstören.
Diß/ Deutsche Klarien/ diß gantze danck ich Euch.
  Verzeiht mirs/ bin ichs werth/ GOtt/ Vater/ Liebste/ Freunde.
Ich sag Euch gute Nacht/ und trete willig ab.
Sonst alles ist gethan/ biß an das schwartze Grab.
  Was frey dem Tode steht/ das thu er seinem Feinde.
Was bin ich viel besorgt den Othem aufzugeben?
An mir ist minder nichts/ das lebet/ als mein Leben.

FRANCISCI, (*Erasmus*) Noricus ille πολυγραφώτατος, *Opera* sua passim *Versibus* veluti stellis quibusdam, distinxit, quas inter ultimæ magnitudinis stellas numerare, nefas esset.

Francke/ (Anton.) *Dippoldiswald.* Der Probstey Wellerwitz Pfarr. Suspendit in Pindo Hundertfachen gut Schwedischen Sieges- und Ehren-Schild/aus und nach M. Adam Tülbsners C. Lateinischen *Epigrammatis* übersetzt und aufgerichtet. Leipz. 4. Versus quidem neque Poeticæ, neque Regiæ majestati respondere videntur.

Francke/ (Joh.) *ICtus & Senator Gubensis.* Ecce tibi vatem pium, eruditum, suavem, qualemcunque tandem voles. *At enim Poemata ejus qualia? Quibus nec ipsa Musa Musica magis. Ita & dictionis venustate, & inventionum præstantia sese approbant. Ut de se jure possint jactare, quod Flaccus olim de se: Odi profanum vulgus, & arceo.* Sic *A. Buchneri* elogium, quo Nostrum ornavit meritissime, huc referre licet, nec legisse quenquam pœnitebit. Edita sunt ejus: Poetische Wercke. Franckf. 8/59. In Deutsche Tracht verkleidete und der sonst überaus schönen Römischen Lucretien an Keuschheit weit überlegene und entgegen gesetzte *Susanna.* 8/58. Vater Unser Harffe. Qui merus ingenii luxus. Geistl. Sion und Irdischer *Helicon.* Wittenb. 8/74. Omnium qui id tentarunt, facile facilimus *Psalmos Davidicos* Teutonicæ modis lyræ adaptavit. Certe, dum Sionem scandit, non paulo suavius modulatur, quam cum vel in ipso Heliconis vertice consistit. Id quod vel unicus, at quam suavis, quam ardore plenus & affectuum! *Hymnus* ille: JEsu/ meine Freude/ meines Hertzens Weide ꝛc. in aprico ponet. Ut vero nulla sine vitio virtus; ita in *Franco* etiam nostro illud notare licet, ipsum ethnicorum Deastros fabulasque pluribus in locis ad nauseam usque inculcare, quibus certe crux non parva figitur ignaris Mythologiæ. Vana hæc, & erroris plena multorum Poetarum est persuasio, nullum Poema Germanicum esse bonum justoque nitore perfulgere, nisi ad leges veterum Græcorum Latinorumque Poetarum sit exactum. Habet suum quæque natio genium peculiarem, cogi nescium suique moris tenacem, nemini Poetarum obtorto veluti collo trahendum. Omnibus poetamur, & ab omnibus intelligi cupimus; qui vero istud fieri potest, cum totis pæne Metamorphoseon libris, tota Iliade carmen infercitur? Hinc illud incommodi, ut commentarios Poematibus mole dupla majores substernere cogamur.

Francke/ (Michael) *Francus Schleussingensis, ex pistore Poeta L. C. Musicus, & Scholæ Coburgens. Cygnea Collega.* A multis quidem laudatur, mihi vero nunquam licuit esse tam felici, ut in *Poemata* ejus inciderem, licet *Germaniam in peccatis Dormientem*, & *Fraterna Concordia* laudes eum cecinisse non ignorem. Nec infelices minus fuimus in *Poematibus.*

FREINSHEIMII, (*Joh.*) Viri in universo eruditorum orbe quam celeberrimi, Poetæ autem Germanici, ut e *Morhofio* judicamus, non eleganti adeo & venusti. Hoc nobis constat, *Speculum Virtutis* ab ipso elaboratum esse, in quo Duces Saxoniæ a Wittekindo carmine Heroico expressi repræsentantur.

Frentzel/ (M Joh.) *S. S. Theol. Cand. P. L. C. Vicar. Capituli Magdeb. Templi Episcop. Citiz. Canonic. & Collegii Princip. Lips. Collegiatus.* Vix imago ænea viri alicujus honorati occurret, in qua *Frentzelii Versus*, aut *Latinos* aut *Germanicos*, beneficio *Anagrammatis* varie exornatos, non simul conspiciamus. Quod si colligantur isti, spissum certe volumen putem absoluturos. Unde a nonnullis etiam *Frentzelius* noster Der Bildermann per jocum dictus fuit. Et nescio sane, annon *M. Tob. Clausnicerus* ipsum ita pungat, *Sonnettum in Nuptias Frenceliianas* sic incipiens:

Ich hinckte nechster Zeit den Helicon hinan
Nach dir/ mein Werther Freund/ und teutscher Musen Freyer/
Einmahl mich umbzusehn. Mein halb verruster Leyer
Hieng auf dem Buckel her. Der Pierinnen Plahn
War rings herumb von dir mit Kupfern angethan. ꝛc.

Sine pari felix in *Anagrammatismis*: ut existimem, ipsum inter eos referri haud posse, quos *Vinc. Fabricius in Pranso Parato* salse perstringit hunc in modum: *Suut revera multi, qui hac Anagrammata vocant, quoties elementa nominis alicujus fœdissime dilacerata in putidam ac deplorandam sententiam cogunt. Interdum sarcinam insulsissimorum titulorum addunt, ut plenior sit nugandi materia.* Noster porro edidit Lob-Gedichte der wahren und ungefärbten Gottesfurcht. Leipz. 4/ 48. *Strenam Anni Recentis*, 1652. matronis pietate conspicuis Lipsiæ & Annabergæ obtulit. In utrisque *Anacreonticis* utitur: quod suavissimum sane carminum genus apud Græcos & Latinos, non item apud Germanicos; utpote quorum lingua figuras delicatulas ferme ignorat, quibusque non dedit ore rotundo Musa loqui, sed gravitate sua constare omnia oportet. *Frencelius* quoque *Carmina in Nuptias suas Gratulatoria*, uno quasi fasce comprehensa, juris publici fecit, 8, 62. Hæc sunt, de quibus constat nobis; etsi, plura posse reperiri, nil dubitamus.

FRIEDERICI, (*M. Dan.*) *Cantor Rostoch.* Edidit *Delicias Juveniles*, Latine & Germanice. Rostoch. 54. In quibus nil deliciarum invenient Musæ; ideo vix recensendæ.

Friedewerner/ (Adam) quem perperam in *Cl. Borrichii de Poet. Diss. V.* (*p. 139.*) *Adam. Frieder. Werner.* scriptum leges. *Opera* vero ipsius, quæcunque demum sint, posita nobis sunt in obscuro,

Friesen/ (Henrietta Catharina von) Illustris *Caroli, L. B. a Friesen* Filia, *Nicolai* vero *a Gersdorff*, Herois in toga summi, illustrissima Conjux; vel *Morhofii*, τῶ πολυΐϛορ☉ (Unterricht/ p. 442.) judicio, cum aliis studiis, tum quoque Poeticis ita excellens, ut nullas laudes Heroinæ huic dilaudandæ satis idoneas reperiri posse credat, illaudatam vero dimittere nefas ducat. Et profecto habent in ea Saxones nostri *Rhoswitam* redivivam, atque adeo Germanicarum Principem feminarum. Ceterum nobis tam felicibus esse nondum licuit, ut aurea illustris ingenii hujus monumenta exoscularemur.

Frietzsch/ (Ahasv.) celebris ille *ICtus & Cancellar. Schwartzburg.* post multas Meditationes variasque etiam JEsus Lieder (12/ 68.) cecinit, easque ut facile conjicere licet, pias ac Deo plenas.

Fuhrmann/ (Steph.) *L. C. P. Lipstad. Past.* quem nunquam, nisi in *CL. Witte Biographico*, ubi ipsius laudantur *Poemata*, me videre memini.

G.

Gartener/ (Eduard) Hortulum epistolis gratuloriis adornavit, Anbind-Brieflein/ oder Nahmen-Tages Ehr-Begängnis. Bremen/ 8/ 57.

Sunt, quibus in plures jus est transire figuras.

Namque ut *Joh. Potagii, Gallici*, istius *morionis*, pileus in formas omnis generis versatilis; ita *Hortulani* nostri arbusculæ omnes omnibus in areolis facillime propullulant, hoc est, epistolæ cunctis nominibus quadrant. Ἐνί δε καλόποδι πάντα ὑποδέεται. Inventiones quidem (genus enim dictionis jam nil tango) vulgatissima omnes communissimæque sunt, ac certe tales, quæ lectori non difficulter nauseam creare queant. Egregie vere monet in *Præfatione*: Es ist allhie zu mercken/ daß die Nahmen so in den Register vorhanden/ füglich können an statt derer/ so über dem Brieflein genennet/ gebrauchet oder genommen werden. Man muß aber wol zusehen/ daß sie recht nach der *Quantitat* gesetzet werden damit ich nicht ein Wort/ deßen erste Sylbe kurtz ist/ an die Stelle eines Wortes setze/ deßen erste Sylbe lang ist/ und man sich also gröblich wieder die Arth im Versschreiben verliefe/ darinn sich ein erfahrner Leser leichtlich wird zu richten wißen. ꝛc.

Geiße/

Geiße/(Casp.) Stadt-Richter in Dreßden. Scripsit Geistliche Losung eines Christlichen Richters CCCLXV. *Acrostichis* constat, iisque, nisi sanctissimum JESU nomen gererent, hircum olituris. Edidit autem ista Joh. Herrl. Dreßd. 8.

Gerhard/(Joh. Andr.) *Panegyricum* non sine arte plausuque concinnavit, qui est Lob-Gedichte der Weltberühmten und von der grossen Zeuge-Mutter der Natur mit allerhand lustigen Bequemligkeiten reichbegabten Stadt Jehna. 4/57.

Gerhard/(Paul) Poeta vere Christianus, dulcis, perspicuus, cujus *Hymni* perplures, pii omnes ac infucati neutiquam, Ecclesiæ nostræ oppido sunt familiares. Sunt mihi ipsius Geistreiche Andachten. Nürnb. 8/83.

Gerlach(Jerem.) *Landesh Siles. Theol. Stud.* materiam sibi convenientem elegit, quamvis usquequaque non expolitum, videlicet Lob-Gesang zu Ehren GOtt dem Heiligen Geiste. Wittenb. 46.

Gläser (Enoch) *P. L. C. I. U. D. & Prof. Helmst. Silesius* quidem, sed qui a patria non magis artem & ingenium ad has colendas Musas, quam sanguinem accepit. *Academiam Iuliam* canit in der Elmen-Schäferey. Wolfenb. 50.

Glasenap/(Joach. von) *Eques Pomeranus*, auf Gramentz / in Frugifera Der Erwaxende. Consevit in Parnasso sacro *Vinatum Evangelicum* Evangelischen Weinberg/ Wolfenb. 8/ 47/ & 51. atque mox instituit *Vindemiam Novam*. Ubi tamen labruscis & omphacibus plena sunt omnia. Ecce tibi, Lector amice, musti mucidi aliquid propino, quod in *Dedicatione* ipse ipsimet *Electori Brandeburgico* propinare non erubuit:

Hocherleuchte/ treffentlich/
  Edler Tugend Helden/
Wie ich diß Lied erst vernahm/
  Muß ich euch vermelden/
Daß ichs GOtt allein zu ehrn/
  Ihn allein zu lieben/
Als ein treu Gedächtenis
  Habe zugeschrieben. etc.

Mirandumque adeo, Serenissimam quoque *Sophiam Elisabetham Mechelburgicam, in Fructifera* Die Befreyende/ *Augusti, Ducis Br. & Lun.* Conjugem tertiam, palando huic vineto manum admovisse, hoc est, *Hymnis* istis *Glasenapianis* adjecisse *melodias*.

Gödecke/(Andr.) von Schöningen/ Pred. zu Quickborn und Beysitzer des Königlichen Kirchen-Gerichts zum Pinnenberg. Qui, dum Poeta videri voluit, Lauteres/Evangelisches Gebet-und Gesang-Büchlein/ durch Bernhard Tamke/ Schreib- und Rechenmeistern/ auch Buchhaltern zu Lüneb. edi curavit Hamb. 59. Porro publicavit Vierzehn Sonnette oder wohlklingende Nahmens-Gedichte. Hamb. 12/72. Davidisches Geistl. Harffen-Spiel/ von zehen trostreichen Psalmen und Geistl. liebl. Liedern/cum notis musicis *Franc. Henr. Molleri, Organœdi & Collegæ Scholæ Gluckstad.* 72. Inficeta sunt omnia.

Göring/(Joh. Christoph) von Wenigen-Simmern aus Thüringen. Nexit sine legibus Liebes-Meyen-Blümlein/ Ea, quæ *Hamburgi* 12, 60, venum exposita sunt mihi constant. Liliis istis convallium, quæ revera valli obscura, & humi crescunt, odorem affectat, qui naris emunctioris Lectorem afficit minime. Graviter admodum in bonum istum virum, toties totiesque idque injuste sæpius vapulantem, *Momum* invehitur. Nobis autem dicta non sint, quasi nos diceremus, quibus προλεγόμενα παθητικῶς inchoat: Es klinget mier schohn vor meinen Ohren/ und düncket mich/ als wenn ich sagen höhrete: Sih! da! abermahl ein neuer Dichter/ Verß-Verderber/ Karmen-Schmid/ Wort Peiniger/ Sylben-Kräncker/ Hencker/ Hümpler/ und Stümpler/ und was dergleichen schöhne Ehren und Edel-(ich hätte schier gesagt Esels-) Titul mehr: Dahrümm habe ich bey diesen dier nuhn für Augen gestelleten Liedern sehr in Zweiffel gestanden/ ob ich mich auch wohl würde unterfangen/ und meine sonst scheue Stirn wieder die Stacheln der Blutsaugenden Schrifft-Jegel/ wie auch wieder die scharffe spitzige Schlangen-Stiche der Momus-Zungen/ und vergifften Otterischen Zoils-Bißen gleichsam verstählern und verhärten können. Pace fiat Poetæ, ut ex *Præfatione* quædam adhuc transscribamus: Die Erfindung und Worte betraffend/ muß ich und will es zwahr gerne gestehen/ daß sie gar nicht künstlich und zierlich/ sondern gantz einfältig: Denn miehr allhie meine Wenigkeit wohl wissend ist: Hätte ich darühmm/ wenn es müglich gewesen hierinn gahr sehnlich gewünschet die träfliche Kunstreiche und zierliche Beredsamkeit unsers deutschen Poeten/ welches? Herrn Opitzens seel. Herrn Buchners tiefes Nachsinnen/ Herrn Ristens Himmel-und Engel süß klingende Melodey/ Herrn Tschernings künstliche/ kurtze/ und doch verständliche Fügung der Wort und Dingen/ Herrn Finckelthausen Orffeisch-Pluton- und Proserpien-erweichendes Amffionisch-Stein-Felsen nach

sich führendes und Arionisch-Delffin-bezwingendes Klingen/ Herrn Häsius Gedichten/ entzukkende/ verzukkerte und Sirenen-gleiche Lieblichkeit/ Herrn Kelners ahnmuthiges und Magnetischer Würckung nah an sich ziehendes Spielen ꝛc. Anticyras naviget Poeta seu Poetaster, ibique nasturtio cerebrum bene perpurget, ut sapientius optare discat.

Golau/ (Salomon von) ψευδώνυμος. Verum nomen est: Friedrich von Logau/ ex illustri *Baronum* gente, quæ hodienum in Silesia floret *Epigrammatum III. Chiliatas*, Sinngedichte/ lusit, quorum mihi editio, 8, 54. suppetit. Non infimæ classis Poeta est, ac licet duriusculus sit passim, nec usquequaque castitatem servet; mirifice tamen ingenii amœnitate & istum absterſit horrorem, & acumine argutiisque futilitatem, si redimere licet, redemit. Quam sibi non raro sumsit licentiam, eo tempore licitam, nemo temere imitabitur. Etsi autem *Epigrammata* ejus nonnulla suum acumen præ se vix ferre possunt videri; alliciunt tamen pleraque lectores, ac detinent, propediem, si discedant, redituros.

Gräter/ (Georg Friedr.) Evangel. Prediger zu Westheim am Kocher. Exposuit Das Redliche Christen-Hertz. Rotenburg/ 8/ 76. Ubi orationem prosam ligata, eaque temperata distinxit.

Greflinger/ (Georg) alias *Seladon* & *Celadon*, *Ratisbonensis*. Agnoscimus in ejus, quæ cognita nobis, *Poematibus* dictionem nunc floridam, nunc marcidam, nunc duriusculam, nunc mollem. Novitatem quoque vocabulorum noster interdum sectatur, de reliquo Poeta ingeniosus. Loquantur pro eo: Weltliche Lieder/ nebenst einem Anhange von Schimpf- und Ernsthafften Gedichten. Franckf. 8/ 51. Der Grund aller Hochzeiten/ aus Jac. Cats angenehmen Trau-Ring. Hamb. 8. Poetische Rosen-Dörner und Hülsen Körner. Erneuerte Löfflerey-Kunst. Adde: Dreyßigjährigen Teutschen Krieg. CC. Aus-Bildungen der Tugenden und Laster. Porro: Die Sinnreiche *Tragi-Comœdia Cid*, e Gallico Idiomate. Hamb. 8/ 50. Hanc quoque *Comœdiam* versione prosa transtulit Isaac Claus/ von Straßburg/ Straßb. 8/ 55. In fronte tamen hoc insignita est *Epigrammate*:

An sein Buch:

Du gleichst den guten Wein in faule Faß gegoßen/
 Die Inhalt ist zwar schön/ die Ubersetzung schlecht.
Von meiner Zung ist nie kein Honig-Strom gefloßen
 Drumb was ich nicht vermöcht/ das mach ein ander recht

Greiff/

Greiff/ (Friedr.) Multorum Poematum Poeta, sed invitis Camenis; sacris tamen potissimum inhæret. Emisit Geistlicher Gedichte Vortrab. Tübing. 4/43. ubi versu rudi ac inculto inculta opera interpolavit, *Phœnicem* scilicet *Barthii*, ex *Hubneri Hebdomade secunda* quædam, *Rhythmos figuris Bibliorum Argentinensium adscriptos. VII. Evangelica & Psalmos totidem priores*, e diversis Poetis, *caput primum Cantici Canticorum a Brickmanno* ad Ecclesiam applicati. Tandem annexum est initium *Hymni*, quem *Verderus Hierosolymæ* suæ præfixit. *Prodromum* hunc sequuntur. Der Vier Evangelisten übereinstimmige Geschicht-Beschreibung CHristi. Tübing. 4/47. Instituti hujus rationem & argumentum in præfatione videre licet. Sieben Geistliche Andachten auf die hohen Fäst gericht. Tübing. 4/47. Quarum meditationum *prima 1639* & *secunda 1640*, seorsim sunt editæ. Salebras, quibus laborant versiculi, ipse excusat, ne scilicet vim faciat verbis divinis. Has tandem excipiunt Funfzig der vornehmsten und gebräuchlichsten Psalmen Davids. Stuttgard. 12/57.

Greiffenberg/ (Catharina Regina Fräulein von) Gebohrne Freyherrin von Seyßenegg. Cecinit Sonnette/ Lieder und Gedichte/ zu gottseeligen Zeitvertreib erfunden und gesetzet/ quæ edidit cognatus Hanß Rudolph von Greiffenberg/ Freyherr zu Seyßenegg. Nürnb. 11/62. Hunc libellum illustris nomen Heroinæ illustrem reddit, alioquin facile in obscuro latitaturum. Vocabulis certe inusitatis plane & luxuriem Noricam supergressis tantum non scatet. Ceterum Poetria nostra grave elogium *Valvasori Topographiam Carniolanam* (Ehre des Hertzogthumbs Crain) edenti scripsit, ubi magnificis & exquisitioribus paulo verbis utitur, itidemque in der Siegs-Seule der Buße und Glaubens. Nürnb. 12/75.

Grobe/ (Joh.) Cui larga manu spargentes sua munera Musæ, tentavit Dichterische Versuch-Gabe. Basel/ 12/78. Maximam partem *Epigrammata*, sunt, quæ trahunt lectorem.

Große/ (Henning) Præter *Carmina* varia, duo nobis potissimum constant, unum von der Beschneidung JEsu CHristi; von der Auferstehung JEsu CHristi alterum, 4. 1634. Bibliopola hic noster circa rem literariam bene meritus, quique pro temporis genio & ingenio sat cecinit erudite.

Großkourt/ (Henning) In Pindo clarus esse voluit libello: Klarie/ Klariminde und Magdalis/ oder Poetischer Myrten-Wald. Helmst. 8/68. A Venere, non a Musis, doctus videtur vates noster,

 usque

usque eo in amatoriis hæret. Rationes vide sis *Hymno* statim *primo.* Quot amasiæ, tot carminum partes, tres videlicet; ut ut *Od. XII. part. I.* sui per amorum forsan oblitus, ita canat: Eine sonst keine begehr ich zu lieben/ eine die hab ich mir einzig erwehlt. At proposita ridet amantum Jupiter, & ventos irrita ferre jubet. Nemus vero illud Poetæ nostri viride satis ac floridum, neque arbusculæ inventionibus sunt steriles; at pleræque tamen affectuum raritate infelices apparent. Neque vero diffitendum illud etiam est, radices surculosque primos *Flemmingio* succum debere suum.

GROTIUS. (*Christoph. Abraham*) P. u. F. A. C. zu Göritz. Aperuit Höllenweg. 8/75. Lata quidem hæc via, & plus quam trita, sed id in auctore nostro adhuc desideratur, ipsum hanc semitam oratione affectuum plena non satis demonstrare. Tali enim in argumento animi motus omnino sunt necessarii.

Grünenwald/ (Jacob von) alias Klinckebeil/ Hoch-Fürstl. Merseburg. Amt-Cammer-Rath im Marggraffthumb Nieder-Lausitz. Extruxit Andachts-Hayn/ oder heilig Loberschallenden Grünenwald. Wittenb. 8/93. Fistula sacra, haud dixerim tenui, hancce docet resonare silvam.

GRYPHIUS, (*Andr.*) *Syndic. Glogov.* In Sodalitio Anhaltino Der Unsterbliche/ & revera ingenio immortalis suo. Præter monumenta eruditionis præclarissimæ varia, varia quoque *Poemata Vernacula*, annuentibus undique Musis, adornavit, quæ *Wratislaviæ* diversis annis impressa, in luce publica versantur. Dictio ejus animosa, sublimis, morata, tersa denique. Atque haud equidem scio, num quis præter *Gryphium* nostrum reperiatur alius, qui dignitatem hujus studii, atque illud subinde respiciendum styli πρέπον æque observet, parique & reddat felicitate, & varietate lectores delectet. Et socco & cothurno admodum decore incedit, magis etiam ipsemet *Caspare Lohensteinio* quem forte *Sophoclem*, *Gryphium* certe *Euripidem* dixeris, nisi *Caspar* ille multitudine sententiarum propius ad Euripidem accederet. Jam cum ad lusus & sales descendit noster, sale omnia perspergit, nonnunquam & aceto; quod liquet ex *Epigrammatibus* & *Comœdia*, Der Schwermende Schäfer/ inscripta, quam ex celeberrimi Galli *Corneille Berger Extravagant* transtulit. Cujuslibet sane stomachi erit Peter Squentz/ quo perspecto, in scenamve producto, vel ipse Cato repente supercilium ponere cogeretur. Addas licet *Comœdiam Horribilicribrifax*, sermone scriptam libero, ceterum a *Petro* haud abludentem. Insignem

vero quandam præ ceteris laudem meretur laudatissimus Poeta noster, quando *meditationibus* plerunque *sacris* annos juveniles impendere maluit, quam Fescenninis illis, quorum in cœno nescio quod cœlum vulgo nimis quærunt. Graphice omnino *Passionem Servatoris* describit. Exinde *Papinianus* ejus præ reliquis scriptis commendatur. Patrem excipit filius.

GRYPHIUS, (*Christian*) *Rector Gymnasii ad M. Magdal. Wratislav.* longe celeberrimus. Altius certe ivit patre sublimi. Ipsum in intima artis Phœbeæ arcana penetrasse, vel totus suffragabitur Helicon. Tacenda Viri tanti merita, & elogia tacenda, ne, dum digna dicere minime possumus, ea diminuamus. Illud tamen de prædicare nobis licebit, sententiam *Gryphii* eam esse, quæ in Poesi esse debet, quamque omnes exosculantur Musæ. Summam ejus agnoscimus eruditionem, suavitatem, gravitatem, magnificentiam, perspicuitatem, germanam denique veritatem agnoscimus. Ecce tibi caput *Epicedii* in *Acoluthi, Antistitis Wratislav.* obitum:

Ihr Tannen/ heulet doch/ die Ceder ist gefallen/
Die Ceder Libanons/ die so viel Früchte trug.
Mich deucht ich höre noch den schweren Donner knallen/
Der den berühmten Baum gantz von einander schlug.
Ich meine deinen Fall/ du Wächter der Gemeine/
Hochseelger Acoluth ꝛc.

Mirare & illud;

Germania in Actu Comico loquens;

1.

Beliebtes Schutz-Gestirn/ das durch die schwartze Nacht
Der grausen Krieges-Noth als eine Fackel gläntzet/
Mein JOSEPH/ schau ich dich in sonderbahrer Pracht?
Wird dein geweyhtes Haupt mit neuem Schmuck bekräntzet?
So ists. Der Helden Rath/ bey dem die heilge Wahl
Des Kaiserthumbs beruht/ versetzt dich in die Zahl
Der Deutschen Könige/ die bey des Vaters Leben
Dem Thron Erleuchterung/ und Schutz/ und Stärcke geben.
Mir aber fällt dadurch die längst verlangte Ruh/
Der Länder Sicherheit/ der Künste Wachsthumb zu.

2.

Du Sohn der Tapferkeit/ was jeder Ferdinand/
Und Rudolph großes hat/ das ist dir erb und eigen.

Wie Maximilian die Frantzosen überwand/
Und Carl die Türcken schlug/ so wirstu beyde beugen.
Des Vaters Siegs-Gepräng entzündet deinen Muth/
Und du erhitzest dich auf Saracenen Bluth.
Die Heerpauck ist dein Spiel/ die Waffen dein Vergnügen/
Du siehst mit höchster Lust Standart und Fahnen fliegen/
Und wenn bey Rauch und Dampf der Stücke Donner knallt/
So weiß ich/ daß das Blut dir in den Adern wallt.

3.

Wie sehr du aber auch Pistol und Degen liebst/
So bleibst du doch dabey der Wissenschafft geneiget.
Man weis es/ wie du dich mit netten Rüßen übst/
Und was sich vor ein Geist bey zarten Jahren zeiget.
Was *Cæsar* vor sich selbst der Nachwelt einverleibt/
Und was der *Curtius* von *Alexander* schreibt/
Das schlägst du täglich auf/ nebst jeden Helden-Thaten/
Durch die dein Oesterreich der Deutschen Welt gerathen.
So steigt man Himmel auf/ so wird man in der Schooß
Der Krieg- und Friedens-Kunst zu beyder Vortheil groß.

4.

Erfreute Länder kommt/ erkennet nebenst mir/
Was euch des Höchsten Gunst vor einen Trost gegeben.
Wüntsch JOSEPH mehre sich/ und wachse für und für;
So werden wir befreyt von allen Unglück leben.
Er wird versichert euch durch sonderbahren Schein
Den Nebel der uns dräut/ im Augenblick zerstreun.
Er wird die trübe Lufft mit seinem Strahl ausheutern/
Und durch gehäufftеu Sieg so mich/ als euch erweitern.
Mich deucht/ ich seh es schon/ wie/ ob gleich mit Verdruß/
Ihm Stambol und Paris zu Fuße fallen muß.

5.

Blüh/ theurer JOSEPH/ blüh/ und schau/ wie LEOPOLD
Ein ungemeine Lust ob deinem Glück empfindet.
Blüh/ theurer JOSEPH/ blüh! der Himmel ist dir hold/
Der Himmel/ welcher dich mit seinem Feur entzündet.
Blüh/ theurer JOSEPH/ blüh! der Höchste sey dein Schutz/
Und laß uns dermahleinst zu allgemeinen Nutz.

Viel

Viel Helden/ die dir gleich/ aus deinen Lenden schauen/
So wird mir/ glaubt es nur/ vor keinem Feinde grauen.
Indeßen ruff ich stets mit unverdroßner Müh/
Sprecht/ Länder/ sprecht mir nach: Blüh/ theurer JOSEPH/ blüh!

Habebunt ſane Muſarum filii, cur ſibi gratulentur, cum Viri hujus ſummi *Poemata*, uno junctim volumine propediem edenda, videbunt. Qua ne ſpe excidamus, publico nomine orandus a nobis eſt clariſſimus Vates. Tunc Triumviros ſummos, *Gryphium* noſtrum, *Hofmanswaldau* & *Weiſium*, optimæ candidati Poeſeos magno, nec fallenti Camenarum ſuarum incremento præ ceteris ad imitandum ſibi proponent.

H.

Hadewig/ (Johann Heinr.) *Paſtor* in Lübekke. Evolve ipſius Wohlgegründete Vers-Kunſt/ & verum hic invenies *Ciceronis de Arato* effatum, ipſum de arte ſatis apposite ſcripſiſſe, artem vero ignoraſſe. In præfatione *Artis* ſuæ *Poeticæ* Poetiſchen Luſt-Wald promiſit. Num vero ſteterit promiſſis, mihi nondum conſtat. Publicavit quoque Friederlangtes Teutſchland. 4/50.

HÆSLERUS, (*Joh. Chriſtoph.*) *Praxin Evangeliorum* oder Evangeliſche Vers-Ubung. Eißleb. 8/73. inſtituit. Opuſculum & ob ſtyli facilitatem, & ob applicationem piam commodamque, in quo etiam nec ipſum acumen, niſi raro, deſiderare poſſis, lectu minime indignum.

Hallmann/ (Joh. Chriſtian) Fœtus ipſius poetici ſunt ſequentes. Trauer-Freuden-und Schäfer-Spiele/ nebſt einer Beſchreibung aller Obriſten Hertzoge über das gantze Land Schleſien. Breßl. 8/72. Leichen-Reden und Todten-Gedichte/ und aus dem Italiäniſchen überſetzte Grab-Schrifften. 8/82. *Quintiliani* hanc de *Æſchylo* novimus ſententiam: *Æſchylus ſublimis, gravis, grandiloquus usque ad vitium*; (ſi ad *Halmannum* reſpiciamus, vix equidem auſim addere) *ſed rudis in pleriſque & incompoſitus*.

Hammerſchmidt/ (Andr.) *Muſicus Zittavienſis*, in Operibus ſuis *Hymnos* perplures vena, eaque non ingrata, effudit ſua.

HANCKIUS, (*Martin.*) *Rector Gymnaſii, quod Breslæ ad S. Eliſabeth.* nutritur, longe meritiſſimus. Poſt curas *Hiſtoricas*, quibus potiſſimum inclaruit, animum ad Muſas quoque vernaculas applicuit, cecinitque voce gravi ac ſonora Funfzehn Geiſtliche Lieder/ qui *Francofurti ad Oderam* 8/90. prelo ſunt ſubjecti.

Harsdörffer/ (Georg Philip.) *Patritius Noricus*, Der Spielende apud Fructiferos, in Pegnesiorum, cujus auctor extitit, ordine Strefon appellatus, cujus ingenium & eruditionem, dignaque tot meritis præconia calamus noster haud capit. Quod si vero sigillatim de *Poesi* ipsius sententiam ferre jubemur, ea quidem inventionum præstantia, rerumque & sententiarum majestate commendari prorsus meretur; nisi quod nimium sibi in fingendis vocibus novis ac dithyrambis indulsit doctissimus vir, vel ideo Προμηθεὺς λόγοις ex mente *Luciani* appellandus. Secuti eum sunt in dictione Norici Poetæ reliqui, qui tamen ingenium ipsius assequi non valuerunt. Mira hinc facies Poeseos linguæque universæ, fœda quidem illa & spinturnicia, amantibus non amentibus amoris igniculos facile restinctura, Libitinam vero *Harsdorfferus* noster effugit suis, ut ipse vocat, Gespräch-Spielen/ Nürnb. 49. Tomis VIII. varios ingenii lusus, atque una eruditionis suæ prnfundioris vim complexus. Hertzbewegliche Sontags-Andachten. Nürnb. 8/49. Geist- und Weltliche-Lehrgedichte. Vollständiges Trincir-Buch/ ubi etiam vena manat poetica. Poetischer Trichter. Ed. III. 12, 47. Hæc a nobis possidentur. Plurima, quæ scripsit, alia, in Des Sproßenden Palmbaume videre licet.

Hartmann/ (Andr.) *Lipſ. Mauritio, Duci Ciza-Saxoni a secretis.* *HYLAS* etiam cognomine ficto. Poetarum omnium lepidissimus, omnem fere sibi libertatem in facetiis sumens, dictione florida & plana fundit *Carmina*, quæ vero passim dispersa, non nisi paucis a possessoribus multa cum voluptate leguntur. Extat tamen ipsis Lustiger Schau-Platz. Hamb. 8. 50. ubi eam quidem, quam laudavimus, venustatem vix invenimus.

Haßfurth/ (Joh. Christoph) von Lodenau aus Oberlausitz. *Elegiam* in funestum Gorlitii fatum, quo anno 1691, die Martii, incendio devastata est urbs cultissima, cecinit satis numerose.

Haugwitz/ (Adolph-August von) *Nobilis Lusatus.* Ne Parnasso invideat ordo equestris, ipsum tot nobiles numerare posse, quibus malevolorum invidiæ contra ire valeat. Nobilis hic vates noster, nobile ingenium, carminum nobilis materia, numeri ipsi nobiles. Et si quid in ejus Poetischen Vortrab/ Dreßden 8/ 84/ edito, animadvertendum forte foret, quis non ultro ac libens condonet: Felix utique prodromus, *in prægustum & tanquam arrhabonem majoris alicujus subsecuturi thesauri datus, & ita velut periculi faciendi causa præmittendus auctori visus est, ut ex hoc tanquam ex ungue leonem, dijudicare possis.* Exspectare

porro

porro nos jubet Generosus *Haugwitius Opus Poeticum* I. ex diversis diversorum & generum & materiarum Poematibus, in certos distributa pro argumentorum ratione libros. II. Ex Tragœdiis, Comœdiis & Dramatibus quibusdam aliis.

Haußmann/(Georg) *Mitweidensis Rector Dresdensis*. Sparsit *Flores de quatergeminis Areolis Horti Evangelici*, *Lat. Gr. & Germanicos*, Ceterum hortos neque Adonidis neque Paradisi admodum redolentes.

Hauschwender/ (Paul) Calamum pro fistula suspendere in Parnasso conatus est, eumque pluma leviorem, etsi triumphum non levem sibi promittere sit visus epigrapha isthac: Groß und Siegprachtende Schreib-Feder. 4/47. Ex acervo *Heroicolinguantiorum* (vocabulo hybrido liceat uti & barbaro) prodiisse heroem, vel eadem illa inscriptio prodit. Neque in ipso Poemate dithyrambis abstinet, v. g. v. 98. Die Krümleinträgerin. Numquid mendici hæc perula erit, referta micis? at *Formicam* innuit. v. 99. Der breitgefüßte Sohn. Dic mihi πλάτωνα hunc, & Platonem te divinum dicam. Quo nisi ipse suorum interpres verborum esset in extremo paginarum, fortasse unum alterumve annum de profunda isthac periphrasi divinandum nobis fuisset. *Plautum* vero indigitat, a planitie pedum sic dictum. Pari acumine mox v. 101. delphinum appellat Den Knaben Freund und Meer-Jnwohner. Summatim de carmine sic habeo, nil ibi haberi, quod habeat laudem, quodve mireris, nisi mireris illud, temporis, quod hisce nugis impendit, mire hunc prodigum fuisse.

Hecht/ (Joh.) Der Heiligen Schrifft Ergebener. K. g. P. und nunmehr in das achtzehende Jahr *Ludimoder.* zu Wachau unter der Inspection Leipzig Condidit *Lipsiam Septicollem* Fol. 91, *Panegyricum* quasi inclytæ Civitatis nostræ. Dolendum certe, bona ingenia, bonoque Musarum nata, sæpe detrudi ad paganos, cogique hebescere apud eos, qui Poetarum numeros ore quidem oscitante, patulisque imbibunt auribus, mirantur quoque, & manibus vati plaudunt, ceterum nil assequi satis crasso cerebro suo, nec præmia vati vate digna reddere possunt, Ingenium nostri omnino bonum, nec eruditio contemnanda ex illo, quod laudavimus, specimine passim elucent, quamvis arti non nimis accurate inhæreat, scandensque *Lipsiam* hanc *Septicollem* sæpe cespitet ac impingat. Primum ad colles istos accessum terere juvat:

Aber über solcher Rede kam ich in den Wald hinein/
Mir gefiel der Linden Schatten/ der den heißen Sonnenschein/

Denn

Denn es eben Mittag war/von mir wandte. Drumb zu wißen
Ob mein Echo wäre da/ setzt' ich mich/ und war beflißen.
Sie zu ruffen wie ich pflegte. Plötzlich/ auf das erste Wort/
Schreckte mich ein groß Getümmel! was zu thun? ich wolte fort/
Wuste gleich wol nicht/ wohin? sahe bald acht Weibs-Personen
In alt-teutscher Helden-Tracht: auf den Häuptern Linden-Krohnen/
Linden-Zweig in ihren Händen: Göttlich war ihr Angesicht/
Ach/ dacht ich/ das ist *Dictynna*, die aufs Jagen ist erpicht/
Ihre sieben Nymphen sinds/ die ihr gehn zu beyden Seiten!
Ja sie sinds/ nun ists geschehen! O nun mag ich mich bereiten
Das zu leiden/ was vor Alters dir/ *Actæon*, wiederfuhr ꝛc.

Heintzelmann/ (M. Joh.) Struxit Die Gnaden-Archa Noä und aller Creaturen/ benebens die erbärmlichen Sünden und Straf-Fluth. Wittenb. 4/ 46. belle satis fabricatam.

Held/ (Heinrich) Emisit *Francofurti ad Oderam 8, 43.* Teutscher Gedichte Vortrab. *Exultavit ut gigas, adcurrendam viam.* Protromus certe ille bene ornatus, facilis moratus incedit, ut nos ad ipsum applicare nolimus, quæ ipse ludit auf einen Reimen-Peiniger.

Die Reime taugten wohl ein wenig auszusieden/
Wo Brontes/ Steropes/ sammt dem Pyracmus schmieden.
Die Eße haben sie vor andern sehr verdient/
Weil sich ihr feiner Herr fast überrecht erkühnt.

Ejusdem Poetische Lust und Unlust libello Satyrico, Hanß-Wursten præfationis loco est præfixa.

Hemeling/ (Joh.) Der Stadt Hannover verordneter Rechne- und Schreibe-Meister. Ingenium ostendit proponendo Arithmetisch-und Geometrisch-nach Poetischer Arth entworffene Aufgaben/ Hannover/ 8/ 52. Arithmetische Letter-oder Buchstaben-Wechselung. Ibid. 8, 53. Selbstlehrende Rechen-Schul. 8/ 78. cui passim *Epigrammata* inseruit. Facilis, planus ubique videri posset, nisi, ut in argumento tali, numero versus interdum laborarent suo. Omni quidem materiæ apta Poesis, sed haud conveniens omni.

Hermann/ (Joh.) *P. L. C. Parochus in Koben*, Silesiæ pago, in corpore vel maxime debili, animum diu circumferens minime imbecillum luci exposuit *Poemata* varia. In libraria nostra hæc annumerantur:

tur: Neu umbgegoßenes und verbessertes Schließ-Glöcklein/ Breßl. 12, 32. *Praeceptorum Moralium & Sententiarum. Libr. III*, Breßl. 12/ 64. *Exercitium Pietatis, cum Continuatione.* Breßl. 12/ 69. Hauß- und Hertz-Music. Sontags- und Fest-Evangelia. Breßl. 12/ 50. Et si qua sunt alia, quae ad nos non pervenerunt. Ubertas in omnibus summa, aequabilitas perspicua, facilitas non ingrata, pietas sincera, vigore tamen ac spiritu plena. Ejusdem *Hymnos* quoque complures publice decantandos Ecclesiae nostrae dudum recipere non sunt dedignatae. Quin & majora nitidioraque dedisset Vir optimus, nisi valetudo semper adversa vigorem ejus & alacritatem pristinam hebetassent. Mirum vero, tot inter morborum conflictus, peragenda officiorum munia per annos aliquot impedientes, eam ingenii virtutem ipsi remansisse, quam in ejus scriptis etiamnum admirari licet. Distinguendus ab hoc *Nicolaus* Hermann/ *Cantor Vallis Joachimici*, superiore seculo valde sonorus, neque nunc in Ecclesiis ignotus, qui, praeter varios dulcesque *Hymnos, Pericopas* quoque *Evangelicas* cum *Ioh. Matthesio*, ibidem *Pastore*, rhythmis inclusit.

Hermann/ (Zachar.) *Poes. Prof. Tubing.* Geistliche Wallfahrt zu dem Berge Golgatha/ Ulm/ 12/ 71. suscepit, ubi, quoties a via prosa recedit ad ligatam, aut claudicat, aut humi serpit.

Herrenschmidt/ (Jacob.) Pf. und *Superint.* zu Harburg. Oratione utraque, soluta & vincta, Geistliche Sommer- und Winter-Freud/ Nürnb. 8/ 31. concepit; gaudio quidem isthoc lectorem, si pium excipias, neque aestivum neque hibernum facile exhilaraturus.

Heyden/ (Marcus) von Coburg. Kunst-Drechsler/ Feuer-Wercker/ und Büchsenmeister. Exposuit publice Beschreibung eines von Helffenbein gedreheten Kunst-Stücks/ in Gestalt eines doppelten Trinck-Geschirrs/ an welchen vielerley künstlich Drehwerck/ auch von Bildern und andern geschnittenen Zierrathen/ so wohln von durchgebrochener Arbeit zu sehen/ beneben deßelben Geistl. Bedeutung/ welches am Fürstl. Sächsischen Hofe zu Eißenach 1637. angefangen/ und hernach neben anderer Arbeit und Dienstverrichtung zu Weimar in anderweit Fürstl. Dienste *anno* 1639. vollbracht und aufgemacht worden/ 2c. Ignoravit hic artifex artem poeticam, pocula forsan resque alias, quam versus, tornare magis gnarus.

Heydenreich/ (David Elias) Splendidum olim Halensis Weissenfelsensisque Aularum decus. *Operas* aliaque *Dramata*, in theatro

Halensi & Leucopetræo exhibita, condidit, ab sententiarum cothurnique gravitate commendanda, Digna poemata censentur, quæ ab injuria temporis vindicata, publicæ luci exponantur. Præter alia *carmina*, *Dramatum* decuria ferme in scriniis nostris asservatur.

Hildebrand/(Joh.) *Organœdus Ileburg.* Dum civitate Phœbea donari voluit, *Syracidem* metris induit vernaculis. Halle/ 8/ 62. Concinnior potuisset fieri ornatus, si solertior aliquis Poeta id negotii suscepisset. At parum utilitatis ex vestimentis ita versis renitere videtur. Melius agere videntur, qui ex sententiis moralibus, quibus scatet *Syracides*, odas suaves Musicæque aptas componunt. Eundem *Syracidem* seculo jam prætereto, 1558, rhythmis, more tum solito, vestitum, sed pannosum nimis, prodire jussit *Augustinus* quidam *Grandis*.

Hildebrand/ (Joh. Fried.) *P. L. Schola* tum *Nortbus. Correct. Rector* tandem *Martisburg. &c. Compendium* edidit *Geographicum* numeris Germanicis adstrictum, 4, 52. Idemque in ejusdem *Compendio Geographiæ Cluverianæ* licet invenire. Hiulca utitur dictione, dumque mundi plagas nectit, nectere una debebat versus ipsos e nexu ac legibus artis.

Hille/ (Carl Gust. von) Plantavit Den Teutschen Palmen-Baum. 1647. In qua noticia quidem aliqua de Societate Fructifera virescere, versus vero, velut stolones quidam, propullulantes arescere nimis videntur.

Hochberg/ (Wolf Helmhard von) *Liber Baro Austrius.* Poema satis prolixum condidit, Den Habsburgischen Ottobert/ 8/ 64. Ubi *Rudolphum Magnum Imp. Rom.* resque ipsius gestas carmine heroo exponere aggressus, *Virgilium* inprimis ad imitationem trahit, sed trahit. Dictio certe, quam parum argumenti hujus magnitudini respondeat, non difficulter cognosci potest. Epos utique Poetam ingenio sublimi, variaque rerum cognitione perpolitum, dictionem magnificam suavitate temperatam, artificiosam verborum rerumque & sententiarum concinnitatem, requirit. Reliquit etiam usui publico ἀνωνύμως quidem *Psalterium Davidis* versibus resonans Germanicis & pictum undique Emblematibus: Lust- und Artzney-Garthen des Königlichen Propheten Davids. Nürnb. 8/80.

Höfel/ (Joh.) *Uffenb. Fr. D.* Verschiedlicher Stände des Reichs freyer Ritterschafft und der Stadt Schweinfurth 82. jährigen *Consulent*en. Ejus extat Historisches Gesang-Buch/ Schleusingen 8/ 81. Ante *Opitium* forsan Aganippen prægustavit; ideo pauper admodum

dum vena manat. Aliorum quoque rivuli *Hymnorum* huc sunt derivati.

Hövelen/ (Conrad von) Ordinis Cygnei *Candorin*, evolare jussit Den Teutschen Zimber Schwan. Lübeck. 8/ 66. Exhibito jam ante Abgefaßetes Helden-Lustüben. Halberst. 65. Ubi de Comicis potissimum agit ludis. Veruntamen *Hövelen ingenio maximus, arte rudis*. Nos quidem a prima statim lectione abhorruimus, ὀρθογραφίαν istam κακόγραφον vel semel conspicati.

Hohenberg/ (Christian) Abgerißener Christen-Ring / den die Welt tragen soll / das ist/ die Ewige Seeligkeit. Item: Himmlischer Geister Lob-Spruch oder Reuhertzige Betrachtung der Treu- und Herrlichkeit des durch Gottes Krafft mächtigen Engelheers. ꝛc. Leves pagellæ, leves opellæ, quamvis piæ.

Hofmann/ (Christian) der Philosophie Geflißener Argumentum quidem sacrum elegit, celebrando Pfingsten/ Dreßd. M. DC. XXIL. at versus vix omnium erunt stomachi: cum præsertim citra necessitatem dura carminum genera fingat inficete, inficetamque foveat orthographiam. Cui enim placebit istud?

Du der Wahrenn Christenn Port'/
Lichtes GOTT/ und Himmels Wind'/
Wann derr starckenn Unglükks-Wellenn
Uber uns zusammen schlagen;
Wenn Avernus uns will plagen/
Muß dein Seegen reichlich quellen.
Wenn sich am Trost Mangel find'
Würkkestu stets Edler Hort. ꝛc.

Hunc alius excipit

Hoffmann/ (M. Christian) *Wratislav. Siles.* Poetam sese probare voluit scribendo Berg-Probe/ oder Reichsteinischen güldenen Esel. Jena/ 8/ 74. Originem quidem convitii istius vulgo noti, quo Silesii perstringuntur, aperuit, suosque strenue vindicavit conterraneos, obscuritatem quoque vocabulorum in fodinis usitatorum clare satis explicat; obscurus tamen ipse dictione nova nimis, & minus æquali. Alius porro sequitur.

Hofmann/ (Joh. Gottfr.) *Freiberg.* & in agro patrio *Pastor* Dictionem exponere conatus nitidam, vulgarem vendit. Neque vero Poetæ ingeniosi laude is defraudandus. Partes tuebitur suas *Carmen* quod ab ipso primum ad manus meas pervenit, ita fuit inscriptum;

Schönroth belebt-beliebte Rosen-Lust auf eine Roth-und Schön-löbische Hochzeit ꝛc. ubi ad nauseam usque rosas spargit:

Schönbelebte Rosen-Lust/ bey beliebten Rosen-Zeiten/
Liebstes rothe Rosen-Hertz/ hat gemacht viel tausend Freuden/
Da die schöne Rosen-Blume mit belobter Rosen-Pracht
Dir ein schönes Rosen-Leben in dem Rosen-Monat macht ꝛc.

Accendit praeterea Geistliches Gruben-Licht. Freyberg 12/ 76. Formulae autem sunt metallifossorum precatoriae, quorum singulis annexa *precatio rhythmica*. Meditatus est porro Bergmännische-Gedancken/ ibidem eodemque anno. Ubi in fine *Dialogus Poeticus* metallifossorum duorum videndus. Extant etiam Heylsame Gedancken bey Betrachtung der Vier Letzten Dinge. Freyb. 12/ 77. Quibus *Epigrammatum Centuria* est subnexa, ubi acumen saepe hebescit. Quas eodem publicavit anno, Vernünfftige Gedancken durch Anschauung und Betrachtung etlicher unvernünfftigen Thiere/ oratione maximam partem constant prosa. Edidit denique Liebliche Rosen Gedancken/ und löbliche Rosen-Gespräche. Hic sane suavius, quam alibi, ludit, dum roseos passim numeros inspergit. In appendice tamen, Blumen Streit und Blumen-Gespräche/ versus dactylici paulo currunt difficiliores. Oritur nunc lumen illud splendidissimum.

Hofmann von Hofmannswaldau/ (Christian) *S. Caes. Majest. Consil. Reip. Wratisl. Praeses, castrique Namslaviensis Director*, quem mense Aprili anni 1679. rebus humanis exemtum cives defleverunt juxta ac Musae. Parciores erimus laudum praecones, quando viri cordatiores, quin & exteri, laudare haud solum, sed nec admirari non possunt Heroa, penes quam Musarum consensus principatum esse voluit Poetarum. Quid autem vetat, quo minus titulis, quibus suum *Scaliger Virgilium* effert, *Hofmannum* quoque nostrum mactemus?

Unus omnia, quae ambiunt Poetae,
O cygne, o Philomela, o ver (Germanum)
Mel merum (Germaniae,) (Teutonicae) *Athenae,*
O monstrum vitio carens!

Vitam ipsius & merita in nuce exhibet *Panegyricus Funebris* a *Dan. Caspare* recitatus editusque. Nos in praesentia ad *Poemata* respicimus, de quibus non minus, imo magis vere, quam *Horatius*, queat gloriari:

Exegi monumentum, aere perennius,
Regalique situ Pyramidum altius:
Quod nec imber edax, aut Aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis

Annorum series, & fuga temporum.
Non omnis moriar: multaque pars mei
Vitabit Libitinam: usque ego postera
Crescam laude recens.

Ubique in animis lectorum admiratio relinquitur dulcedine mixta, τὸ θαυμαστὸν ἡδύ, quod ipsum in *Carmine Epico* requiris *Aristoteles*. Nitor certe exquisitissimus, & purpureus quidam color, rotunda facilitas, gravitas magnifica, verborum audacia felix, quam temeritatis nomine sugillant ii, qui divinitatem illam ingeniolo suo penetrare non valent. Invidi enim sunt, qui invidenda Herois elogia oblique intuentes eruunt, quæ culpent. Quanquam diffitendum haud est, invenire quædam in versibus nonnullis quæ obeliscum a rigidioribus pati possint. At neque Jupiter placuit omnibus, & sol, ignis purissimus, haud plane a maculis est purus; & πλανήτης quidem; veruntamen etiam, dum errat, sol erit. Hæc est Nostri gloria, ut nullius laudibus crescat, nullius minuatur vituperatione. Hunc Phaethontico prorsus ausu imitari non dubitant Poetastri;

Magna petunt, & quæ non viribus istis
Munera conveniunt, nec tam puerilibus annis.

Sed utinam sapientius vel appetent vel optent! ne misere tandem in imas Parnassi latebras ab Apolline irato deturbentur. Nec meliori fato fruuntur ii, qui purpureum orationis lumen ad humilimas & maxime plebejas dicendi nebulas inepte detorquent. Quod ad genera *Poematum* attinet, nemo forte tam elegans aggressus est argumentum, ac *Hofmannus* noster, *Epistolas* puta *Heroicas*, Omni Iliade majores, *Ethopœias*, & id genus alia. Cumque in *Epistolis* quibusdam adhibuit Pseudonyma, nec ingratum Lectori, nec alienum ab hoc loco faciemus, si veriora huc reponamus. Sunt autem fere sequentes; Siegreich und Rosemunde: *Carolus V. Rom. Imp.* & *Barbara de Blomberg, mater Iohannis de Austria*, Tugenand und Zuchtheinime. *Ferdinandus, Archidux Austriæ Ferdinandi I. R. I. filius, & Philippina Velserin, Francisci Velseri, Patritii Augustani filia.* Friedenheim und Sittenore: *Fridericus II, Elect. Palat. & Eleonora, Caroli V. soror.* Tibald und Lettice von Hort: *Henricus Iunior, Dux Br. & Lun. & Eva von Trotte.* Ungenand und Agnes Bernin. *Albertus III, Pius, Dux Bavar. Ernesti filius, & Agnes Bernin*, vel ut aliis dicitur, *Bernauerin, Straubingæ in Danubio jussu Ernesti suffocata.* Holdenreich und Adelinde: *Ludovicus, Comes Thuring. & Hass.* dictus Der Springer/ *& Adelheit, Marchionissa Stadensis & Soliwedel,*

wedel, nupta Friederico II, Palatino Saxoniæ. Ἀνέκδοτα Herois incomparabilis non pauca ſunt, quæ in nobiliſſimorum heredum ſcriniis adhuc magnum in Muſarum deſiderium retinentur. Plura tamen aliorumque *Carmina* Poetarum nondum edita, edenda procurabit *Thom. Fritſchius*, Bibl. Lipſienſis, quem ipſius conatum laudabilem e *Catalogo* diſcimus *Autumnali*. Amicus quidam Sileſius *Epigrammatum* quorundam mihi copiam fecit, quæ huc transſcripta legiſſe, neminem fortaſſe pœnitebit.

I. Heinrichs IV. K. in Franckr.

Ich bin durch Schimpf und Ernſt zu meinem Reiche kommen.
Ein unerhörter Mord hat mir es weggenommen.
Was half mich/ was ich ließ? was half/ was ich gethan?
Nachdem ein Meßer mehr/ denn eine Meße kan.

II. Friedrichs/ K. in Böhmen.

Mich hat die Venus mehr/ als Jupiter gekennt.
Die Flamme kömmt von mir/ die noch in Teutſchland brennt.
Ach! daß mein junger Sinn doch nicht erfahren hätte/
Daß höher iſt ein Thron/ als der Gemahlin Bette.

III. Hertzogs von Alba.

Hier liegt der Wütterich/ ſo nichts von Ruh gehört/
Biß ihn der bleiche Tod ein neues Wort gelehrt.
Er brach ihn ſeinen Halß/ und ſprach: Du muſt erbleichen/
Sonſt würd' ich dir noch ſelbſt in Würgen müßen weichen/

IV. Wallenſteins.

Hier liegt das große Haupt/ ſo itzt wird ausgelacht.
Viel wißen das von mir/ ſo ich mir nicht gedacht.
Diß wuſt ich/ daß ein Stein nicht leicht ein Stern kan werden.
Ein Stein/ wie hoch er ſteigt/ fällt endlich zu der Erden.

V. *Iuſti Lipſii*

Mich führt die kluge Welt in Hertzen/ Mund und Hand/
In Flandern ruht der Leib/ den Ruhm behält Brabant.
Man lobte noch ſo ſehr die Hoheit meiner Sinnen/
Hätt ich im Alter nur zwey Weiber laßen können.

VI. Eines Jeſuiten.

Ich kont ein Dittrich ſeyn zu großer Herren Hertze.
Ich zündte Länder an/ mein Hochmuth war die Kertze.
Der Mund verehrte GOtt/ den Teufel Hertz und Sinn.
Mein Leſer/ dencke nach/ wer ich geweſen bin.

VII. Eines Mönchen.

Jch glaubt'/ und weiß nicht wie/ ich sang/ und weiß nicht was.
Mein Teufel war mein Buch/ mein Heiligthumb ein Glaß.
Mein Todt die Fasten=Zeit/ die Kirche meine Hölle.
Jch ruffe hier zu GOTT/ wie vor in meiner Zelle.

VIII. Einer Nonnen.

Man nahm mir meinen Schmuck / und ließ mir Fleisch und Blut.
Man schnitt die Haare weg/ und ließ mir meine Glut.
Jm bethen ꝛc. *Cætera textus habet.*

Impium enim istud *Ludovici XIV. G. R. apophtegma* continet, quod citra scandalum & blasphemiam dici vix potest.

IX. Eines Spaniers.

(*Philippi II.*)

Hier ruht der Rittersmann/ der rauhe Reichs=Zerstörer/
Den Rom verehret hat/ als einen Kirchen-Mehrer.
Viel mehres sag ich nicht/ was hier vor Beine liegen.
Ein Wort: die Asche reucht nach Knablauch/ kan nicht trügen.

X. Eines berühmten Teutschen Poetens/ H. M.

Neun Wörter und nicht mehr soll dieses Grab=Mahl haben:
Hier unter diesem Stein liegt Gicht und Durst begraben.

XI. Eines Choralisten.

Jch sang/ ich tranck/ ich trug/ viel Lieder/ Bier und Leichen.
Weiß du nicht/ wer ich bin aus obgesetzten Zeichen?
Der *Cantor* und der Knecht der Kirchen wird dirs sagen.
Bey Stentzel Heintzen ist mein Nahm' auch zu erfragen.

XII. Eines andern.

Die Glocken haben mich ermuntert und erschreckt.
Ermuntert/ wenn sie mich zur Kirchen aufgeweckt.
Erschreckt/ wenn sie zu früh die Schule mir verschloßen/
Als ich den Ceres-Safft zu wenig noch genoßen.

In manibus etiam mihi sunt *Odarum Eroticarum* quatuor propemodum decuriæ, quarum plurimas fervor juventutis, elegantia tamen exquisita, extudit. Typis publicis ut describerentur, noluit Beatus, tum, ut conjicere licet, quod nonnullæ ad personas principes spectant, tum inprimis, quia sententiæ Biblicæ haud raro ad res profanas, ne dicam lascivas, applicantur. Et vero solent viri graves ac religiosi juvenilia

sua in ætate provectiori supprimere potius, quam divulgare: quod *Petrarcham*, *Picum*, aliosque fecisse constat. Prostant quidem in bibliopoliis adulterinis, imo & in cauponis decantantur *Hymni Hofmanno* adscripti; qui tamen aut plane mentiuntur nomen illustre, aut lacerati misere sunt, fœdatique ac inepta lima emendati, dum præsertim interpolatorum stupor Metaphoras dictionis valde mirabiles penetrare nequivit. Cecinit etiam Noster *Epos de Bello Germanico*, quod vero non gravibus sine causis tradidit Vulcano. *Epigrammata*, ipsius cum aliis edidit quidam *I. Pol. S.* hac inscriptione: Christian Hofmanns von Breßlau Spiel-ersinnliche Sterbens-Gedancken/ d. i. Hundert in Kurtz-langmäßigen Vierzeiligen Reimen | bestehende Grab-Schrifften: mit veranlasseten nicht unfüglichen Zusatz allerhand anderer. 8/6. sat ingeniose, si sat bene, scilicet. *Epistolas*, quas de *Petri Crudelis*, *Reg. Lusit.* imo de *Caroli Ludovici Elect. Palat.* & *Luysæ Degenfeldiæ* potius amoribus *Lobensteinius* exaravit, *Hoffmanno* vulgo, sed falso, attribuuntur; quid? quod nomine Nostri cum *Epistolis* suis *Heroicis* editas menimi me videre: sed editor inscitiam prodiderat suam. Ceterum, ut in Poetarum Romanorum principe *Virgilio* duos potissimum versus notarunt eruditi, unum optimum:

Discite justitiam moniti, & non temnere Divos;

pessimum alterum;

Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.

Ita in Poetarum Teutonicorum Coryphæo, *Hofmannsvvaldau* nostro, versiculi duo præ reliquis Cressa ne careant nota, digni videntur, quorum unus extat in der Erleuchteten Maria Magdalena:

Die Schwindsucht der Vernunfft/ so man die Liebe nennet;

alter habetur in *Epistola Juttæ*:

Ich bette stets: O Gott/ behüte mich vor mir.

Quod restat, *Opera* omnia Herois nostri in officina, quæ *Lipsiæ* & *Breslæ* est, Fellgiebeliana prostant, semel iterumque recusa.

Homburg/ (Ernst Christoph) *Naumburg*. Sub nomine *Erasmi Chrysophili Hamburgensis*, Schimpff- und Ernsthaffte *Clio*, in lucem publicam produxit, 8, 38. & ornatiorem, 42. Vertit quoque *Catsii* Selbstreit/ voto, ut confitetur, in morbo adstrictus. Nürnb. 47. de quo supra. Tandem Geistliche Lieder / Naumb. 8/ 58. cum operatione Musica *Wern. Fabricii, Directoris* quondam *Musicæ Lips. Academici* publicavit. Addimus *Tragicomœdiam* von der Schäferin *Dulcimunda*,

Jena/

Jena/8/45. Amœnitate ingenium Poëtæ, suo tempore haud incelebris, non destituitur, acumine tamen & judicio nonnunquam aberrante.

Hoyers/ (*Anna Owena*) Poetata hæc Poetria est Geist- und Weltliche Gedichte. Amsterd. 12/50. quorum numerus lectorem haud facile delectabit, quamvis ex vena feminea originem trahat suam. Vere enim hic dici non potest, quod Logau canit:

Wann Weiber Reime schreiben/ ist doppelt ihre Zier.
Dann ihres Mundes Rose bringt nichts/als Rosen für.

Hübner/ (Christian) *Kindermanni* Teutschen Poeten in calce annectitur ipsius Poetischer Friedens-Gruß/ in welchen die nöthigsten Zugehöre/ so bey einem Deutschen Verse ꝛc. erfordert werden/ begriffen. Zum Anhange ist ein Gedichte hinzugesetzet/ in welchem die gröbsten Fehler/ so in einem Deutschen Verse können begangen werden/ zu finden. Ingeniosum Poema.

Hübner/ (M. Joh.) *Rector Martisburgensis Gymnasii* nuper admodum vocatus, γνήσιος CL. *Weisii* auditor, Musarumque Zittaviensium optimus heres dignissimusque. Notus Camenis permultis elegantioribus in Athenis nostris. Quid? ipsummet auctorem agnoscit *Carmen* illud incomparabile, quod inclutæ Reipublicæ Academicæ nostræ nomine in obitum *Ulricæ Eleonoræ, Reginæ Sueciæ*, typis est descriptum. In præsens hæc solum addo:

Pastores, hedera crescentem ornate Poetam,
Arcades, invidia rumpantur ut ilia Codro.
Aut, si ultra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite, ne vati noceat mala lingua futuro.

Hübner/ (Tobias) *Opitii Buchnerique* æqualis & amicus, in Soc. Fructif. Der Nutzbare. Vixit floruitque in aula Cotheno-Anhaltina magni a Principe æstimatus. *Bartasii Hebdomata Sacram* transtulit, ediditque fœtum primum *Cothenis*, 4, 19. Qui solus in supellectile nostra poetica comparet. Opus universum frustra quæsivimus hactenus. Versus ipsius cum Opitianis non nisi prioribus comparari possunt. Syllabas mensura fere Gallica metitur, cogitque numeros vocum, cogi nescios, Syllabas breves, longas, juxta habens. Vates alioquin ingeniosus, gravis, argutus, & qui, si præsentem in ætatem incidisset, vel summum in Parnasso locum obtineret.

Hund/ (L. Sam. *Consil. & Historiogr. Ser. Elector. Sax.* Præter *Carmina* varia, hinc inde dispersa, cecinit Geistliche Lieder/ quos Au-

ctor in itinere suo *Lugduni Bat.* 4,51. ipse prelo subjicienda dedit. Qui acetum in pectore gerit, facile persentiscet, eruditionem facultatemque *Hundii* Poeticam haudquaquam esse vulgarem: ut, quod κριτικώτατος *Scaliger* de *Lucano* iniquius censuit, *ipsum latrare interdum magis, quam canere*; non magis vere de *Hundio* nostro, quam de *Lucano* dici posse videatur.

HYPHANTES, v. PSEUDONYMUS.

I.

IACOBI, (*M. Ioh.*) *Cygneus*. Pindum ascendere primum tentavit cum libello: Deutscher Madrigalen erster Versuch. 8/78. Mox, 1680/ Der umb unser Missethat willen verwundete/ und umb unsere Sünde willen zuschlagene und gekreuzigte JESUS. Nach den vier Evangelisten in einem Trauer-Spiele vorgestellet/ nebst einem Anhange von Geistl. und Weltlichen Madrigalen; edidit. Cygneus hic cygnus vere suavis, argutus, candidus.

Jetze/ (M. Laurent.) Ehren-Säule/ dem König aller Könige/ und Herrn aller HErrn. Grypsw. 86. erexit. Centonem Biblicum dixeris, ubi inventio nota, ordo planus, elocutio trita.

Johann-Ernst/ *Princeps Anhalt.* Nullos, nisi quos *Andr. Rivinus, Lips.* 12,35. edidit, versus Principis videre hactenus licuit. Magnum vero, ac pæne innumerum numerorum numerum ab ipso fusum esse, constat.

John/ (Peter) *Gorliz.* Struxit *Scalam Vitæ Æternæ*, D. i. Die Leiter ins ewige Leben/ der Heiligen Schrifft gemäß gestellet/ so zuvor niemahls und dergleichen in Druck ausgegangen/ auch in Deutsche Rhythmos gebracht. 4/19. Inscriptio satis gloriosa, cui tamen versus neutiquam respondent. Rhythmi enim sunt sine arte & judicio, etsi forsan operose consuti.

Johnson/ (Matthias) Cujum sit nomen, ignoramus. Illud novimus, Damon und Lisille keuscher Liebes-Wandel. 12/72. opusculum *Bucolica*, & alia *carmina* continens, nomenque præferens *Iohnsonii*, dictionem succiplenam, licet non semper eandem, summatimque Poetam prodere spiritus haud mediocris.

K.

Kämpfer/ (Joh. Georg.) *Diac.* in Remda/ cecinit Christliche Catechismus-Lieder. Jena/ 12/89. voce suavi & Theologica.

Kadentzky/ (Joh. Steph.) Natione *Bohemus*, *Tubicen* quondam in aula Halensi, extra ordinem spiritu a Musis benignioribus Poetico donatus, *Odas* ipsius per multas amici sciunt. Nequitur autem ingenio abusus suo cecidit *Kadentzky*, quippe qui Ratisbonæ jam in obscuro vitam degit conditione sua & arte indignam. Clausulam saltem *Fallicis Somnii* suaviter ficti intemeratis auribus addamus:

Wilst du mir nicht mein Kind noch eins verstatten/
Daß ich dich darf - - Ach Kind wo bistu hin?
Wo bleibt die Nacht mit ihren dunckeln Schatten?
Nun seh ich erst/daß ich betrogen bin.
Ein bloßer Traum der hat mich dir entzogen/
Und mich zugleich vergnügt und auch betrogen.

Kaldenbach/ (Christoff) *Eloqv. Poes. & Hist. Prof. Tubing.* Legentibus magis sese probabunt ipsius Grab-Gedichte/ quam *Poetice Germanica*, *Norimb.* 12, 74. Latine scripta. *Ethopœiam* quoque sub persona *Mariæ Magdalenæ* propositam, insertamque *Henr. Alberti* Lust-Wäldlein/ gravitatemque spirare ut facile largior; sic temere non inducar, ut credam, *Hofmanswaldavianum* illud gemini argumenti *Poema*, gemino quoque passu ambulare; quippe cujus calor adeo est incitatus, ut *Caldenbachius* noster frigescere possit videri.

Keimann/(Christian) *P. L. C. Rect. Zittav.* Nota sunt ipsius Kleine Gedächtnis-Biebel/ 8/52. Cecinit quoque *Odam* prolixam dictione molli, quam facit Adel und Trost der Gläubigen aus der Blut-Freundschafft des im Fleisch geoffenbahrten GOttes JEsu CHristi. 4/61. Symbolum etiam Herois Invictissimi. *Ser. Elect. Sax. Ioh. Georgii I. Hymno* celebri: Meinen JEsum laß ich nicht/ weil er sich vor mich gegeben. 2c. complexus est, quem perperam *Ristio* adscriptam alibi invenies.

Kelner. Hunc ex *Geringii* voto didicimus, supra allegato: Herrn Kelners ahnmuthiges und Magnetischer Würckung nah an sich ziehendes Spielen. Alias vir ille nobis est ignotus.

Kempe/(M. Martin) *Brandenb. Historiogr. Regiomont.* In Ordine Palmario Der Erkohrne/ in Pegnesio, Damon/ appellatus. Possidemus ejus Salanische Musen-Lust. Poetische Lust-Gedancken. 12/65. Neugrünenden Palm-Zweig der Teutschen Helden Sprache und Poeterey in einer gebundenen Lob-Rede vorgestellet. Jena/ 12/64. Geistliches Je Länger Je Lieber/ cum XII. *Inscriptionibus Germanicis*. Königsb. 12/75. Noricorum cædit vineta, neque ipsis abstinet dithyrambis.

Kiene/ (Christoph Fried.) *Halensis Saxo.* Cultissimus Poeta, gravis, sententiarum verborumque copia frequens, cujus πάρεργα Poetische Nebenstunden/ Leipz. 8/ 81. nequaquam oscitanter sunt legenda. Artis enim poeticæ, si quisquam alius, bene peritus, scribendi perspicuitate, majestate ac pondere lectorem facile quemvis alliciat. Omnibus omnino numeris absoluta essent ipsius *Otia* ista *Poetica*, si nævulos maculasque crebriores, in συντάξει orationis animadvertendas, eluere studuisset. *Liber IV. Inscriptiones* continet, acumen auctoris solertiamque mirifice commendantes.

Kindermann/ (M. Balthas.) P.L.C. in Ordine Cygneo *Curandor* insignitus. Præter lucubrationes alias clarum hunc reddiderunt: Unterthänigster Kayser-Apfel. Franckf. 8/60. Das Buch der Redlichen. Leipz. 8/63. Teutscher Poet. Wittenb. 8/ 64. Poeta sane non in triviis tenui stridens avena quadam, ac puerili, sed velut ab Orpheo quodam edoctus, adeo modulatur argute, ut ipsum Cygnorum Patrem *Ristium*, summo quidem in honore a se habitum, exuperare videatur. Adeo belle, adeo concinne ubique ac decenter omnia cohærent, ut, quod ineptum sit, minusque convenire possit, raro possis invenire.

Kistenmacher/ (Peter) *Torgav.* Carmen *de Lapsu Adami cunisq; CHRISTI, Wittenbergæ* anno 1651. Latine recitatum publice, deinceps cum versione Germanica edidit, quam, ut ipse testatur, Latine jam sub prelo fervente, adornavit. Annexum quidem est magni *Buchneri elogium*, in quo Poema hoc Iliadi præfertur: verum istud quicquid est elogii de Poematis argumento sacro, non de excellentia Poetæ intelligi debere, cuivis inspicienti, vel me non monente, patebit.

Klajus/ (*Ioh.*) Klai quoque item *Clajus*, P. L. C. *Parochus* demum *Kitzingensis*. Distinguendus statim est a *Joh. Clajo, Hertzbergensi*, itidem Poeta, sed Latino, seculoque superiore celebri: qui posterior tamen *Grammaticam* quoque *Germanicam* edidit, & Rhythmis Germanicis *AltKumisticam*. Elegantiam Noster in sono potissimum verborumque collusione quærit, re tamen ipsa perquam invita, & minime omnium respondente e.g.

Es blincken/ es flincken/ es wincken die Sternen/
Lernen von fernen/
Flimmern und hallen/
Schimmern und schallen.

Quod sane poetandi genus Noricis plus justo familiare, vitiis utique non caret, dulcibus quidem illis, quæ *Fabius* vocat; ceterum, nisi parce,

&

& velut condimenti loco, adhibeantur, facile se in bilem conversuris. Interim diffitendum non est, *Clajum* nostrum, prout erat ingenio ad Poesin minus difficili, Poetam excellentem evadere potuisse, nisi ab illa Germanicæ linguæ Germana quidem sinceritate longius recedens, Poesi incongruis Dithyrambis suis tot maculas adspersisset. Decus enim, quod ita quæritur, revera est dedecus, adeoque τὸ πρέπον in rebus proponendis minime observatur. Annuet sententiæ nostræ B. L. lecturus scripta ejus: Das gantze Leben JEsu. Nürnb. 8/51. Der Leidende Christus. Auferstehung Christi Höllen- und Himmelfahrt. Herodes der Kinder-Mörder. Lob-Rede der Teutschen Poeterey/ quæ oratione pedestri est scripta. Schwedisches Fried- und Freuden-Mahl. Geburths-Tags des Friedens Irene/ d. i. Vollständige Abbildung des zu Nürnberg geschlossenen Friedens. Trauer-Rede über das Leiden seines JEsu. Et complura alia, quæ annis diversis Norimbergæ prelo sunt subjecta. Symbolum etiam contulit suam in der Pegnitzer Schäfer-Gesellschafft. De quo jam supra, sub *Betulio*, est dictum.

Klesch/ (M. Christoph) K. g. D. in der Genossenschafft der Dichtende. Fata viri nemini fortasse non constant, & in publico versatur, imo auditur ejus Andächtige Elends-Stimme. Jena/ 8/79. Ubi versus inscriptioni apposite quadrantes inveniet Lector, miserabiles scilicet ac miserandos,

Klinckebeil/ v. **Grünenwald.**

Knauth/ (Joh.) Bittere Myrrhen des leidenden JEsu/ Dreßd. 4/46. dulci condimento temperavit.

König/ (David) Tenui meditatus avena Des zwar lang verlangten / aber doch letzlich erlangten Friedens Erfreulichen Einzug. Leipz. 4/49.

König/ (Georg) *Glauch Pastor in Wiedera & Konigshayn. Theoricam & Practicam Meditationem Vitæ Humanæ per Vocales V. quæ etiam oracula mentis vocantur, A. E. I. O. V.* instituit, *Lipsiæ*, 4, 40. Disticha nimirum Latina & rhythmos Germanicos mire miseros, ac præterita duo secula redolentes figuris Mathematicis subjecit.

Konghel/ (Mich.) *Creutzburg. Pruss.* in Societate Florilega *Prutenio.* Historiam fictam versibus admixtis scripsit, *Surbosiamq;* appellavit. Nürnb. 12/76. Belustigung bey der Unlust / aus allerhand Geist- und Weltlichen Gedicht Arthen 8/83. Pars hæc prima est opusculi, alteram nondum vidimus. Die vom Tod erweckte Phöni-

zia/ Eine anmuthige Sicilianische Geschicht in einem Misch-Spiel. Ibid. 8. Poetam Pegnicensem si dixero, idem pæne dixero, quod *Ausonius* de homine ingrato.

Kopisch/ (Balthas.) aus Schlesien. Erexit quidem Danck-Altar GOtt dem HErrn wegen der uns Menschen zugegebenen Engel-Wache. Wittenb. 4/51. at sanctissimum *DEI* nomen ψευδοθέων gentilium nominibus profanare videtur.

Kornfeld/ (*M. Theodor.*) *P. L. C. & O. P. P.* Tradidit Selbst-lehrende Alt-Neue Poesie. Bremen/ 8/86. More modoque Socratico instituit artem istam, si Musis placet, αὐτοδιδάσκαλον. Habet quædam observatu quidem non indigna; longe plurima vero nullius, aut parvi certe momenti. Quærit enim elegantiæ nescio quid in figuris, quibus carmina insigniuntur, quasque repræsentant, v. g. *Pyramidibus*, *Crucibus*, *Poculis*, &c. Poetæ graviores omnino solent ab ineptiis istis abstinere. Aut enim hæc rebus ipsis non congruunt, aut sine verborum versuumque tortura neutiquam fiunt.

Krieger/ (Adam) Insignem hunc Musicum immortalitate donarunt *Ariæ*, quas vocant, eaque floridæ, jocosæ, succi plenæ, semel iterumque recusæ.

Kriegsmann/ (Joh. Sam.) Evangelisches Hosianna rauca cecinit voce, quam tamen *Darmstadinus* ille celebris *Phonascus*, Wolf Carl Briegel/ modulis altum sonantibus emendavit. Giessen/ 4/ 90.

Krinitz/ (Gottfr.) *Wratislav.* Secundum numeros inflavit Posaune des allgemeinen Welt-Gerichts. Wittenb. 4/52. Suæ tamen ipse laudis, si artem ac indolem poeticam spectes, obscurus buccinator.

Kühne/ (Georg.) *Brunsv. Schola trans Albim Burgens. Prorector.* Vix Poetas inter Germanicos referri meritus, nisi plura forsan, & meliora, quam in *Tetrastichis* suis *Dominicalibus*, artis specimina ediderit.

Küstler/ (Andr.) Neueingesamleter Geistlich-Güldener Ritter-und Helden-Schatz. 12/54. Formulæ sunt precationum, quibus multæ orationes metricæ sunt inspersæ, quæ speciem quidem Poeseos præ se ferunt politioris, sed gratiam propter rhythmos nimium otiosos amittunt.

Kuhlmann/ (*Quirinus*) *Siles.* Homo vel ob παράδοξα, quæ disseminavit, famosissimus, abundans ingenio & abutens. Quousque in his etiam studiis fuerit progressus, ostendunt ipsius Entsprossene deutsche Palmen. Breßl. fol. 70. Einhundert Spiel ersinnliche Vierzeilige Grabe-Schrifften. Jena/ 8. Himmlische Liebes-Küsse/ Jena/ 8. 72.

Major *Epigrammatum* numerus numero absolvitur suo, rotunditate & acrimonia: multa vero in multis frustra quæras. *Oscula* facile deoscularemur ejus, nisi hic offenderemus, ob quæ nobis τάδε χείλεα φάρμακόν ἐστι.

Kunstmann/ (*Benedict.*) *Oelsniz.* Virum sese in hac arte vix præstitit edendo Siegender Christen Mund. Halle/ 8/ 81. Evangelische Trost-Quelle. Eisenb. 12/ 88. Trost-Lieder. 12/ 92.

L.

LASSENIUS, (*Joh.*) *Theologus* ille *Hafniensis* celeberrimus, *Operibus* suis variis μέλη, si non artificiosa nimis, Theologica tamen & pia interseruit passim.

LEANDER, (*Iulius Victorin.*) *Odas M. Lud. Helmboldi, Superint. Mulhus.* (cujus etiam prostant Schöne Geistliche Lieder über alle Evangelia. 1615.) & aliorum in versus redegit publicavitque sub titulo: Vom Todt/ Jüngsten Tage/ Höllen und Himmel/ Jena/ 12/ 50. Acerbitatem sapiunt genera carminum inusitata, quam nec ulla dictionis dulcedo lenit ac emollit.

Lerche/ (Joh. HeINRIch) Pred. des Hartz-Städtleins Haßel-Feld. Volubii juxta ac duriusculo stylo Evangelische Morgen- und Abend-Andachten. Nordh. 12/79. composuit.

Leucoleon v. PSEUDONYMUS.

Leuschner/ (M. Georg.) *Colditiensis, & Scholæ Patriæ Rector.* Excogitavit *Retrogada Disticha*, adjecta subinde Metaphrasi Germanica prolixiori *Lips.* 8, 49. de Cancrinis istis Latinis judicium ferre nostrum, instituti nostri non est. Quod si & prodesse debent & delectare Poetæ, vix iste in Poetarum numerum videtur esse referendus: quandoquidem plus obscuræ subtilitatis, quam utilitatis præ se fert iste ingenii luxus. Versio ista Germanica rhythmis constat pæne obsoletis, minimeque numerosis.

Leuth/ *ab* Hachenberg/ (Philips Adam) Apparavit nobis Christliche Vorbereitung zum heiligen Abend-Mahl/ In teutsche Lieder und Reime verfasset. Gießen 8/ 93. Lectorem hisce rhythmis alloquitur, parum fortasse ad palatum futuris:

Günst'ger Leser bleib bereit/
Mir gewogen iederzeit/
Ubersehe meine Fehl/
Suche heylsam deiner Seel

Bestes/

Bestes/ in den Liedern hie/
GOTT belohn't dir diese Müh/
Viele klingen einen Thon
Weil nicht ieder Musen-Sohn
Kan vermag der Liedern Macht/
Fertig singen mit Bedacht:
Sonsten GOtt dir geben Gunst/
Seines Geistes/ Flamm und Brunst.

Lichtwer/ (Augustin.) *Secret. Dresd.* Poeta loquentiæ multum, eloquentiæ parum ostendens, ut ex unico nobis viso *Poemate* visum est, quod is ex *Catsii* Belgicis translatum edidit, inscripsitque; Die im Traum erweckte Liebe. Dreßd. 4/50. ubi & hiulca dictio, & parum concinna Temporum in Verbis Modorumque flexio passim occurrit. Elegantior suaviorque est

Lippold/ (M. Joh Georg.) K. g. P. und der H. S. B. in der Bethränten Unschuld des Leidenden JEsu/ in einem Geistlichen Sing-Spiel. Jena/4/94. Ubi nec cothurnus ipsi exuendus.

Lilidor v. PSEUDONYMUS.

LISCOVIUS, *(M. Sam.) P. L. C. Parochus* in Otterwisch. Vir Meditationibus suis sacris etiam vulgo notus, quibus non pauca, quæ ad forum poeticum spectant, interposuit. *Carmen*, quod de arboribus elaboravit: Seltzamer Bäume / und sonderlich des zu Otterwisch übergrossen und ungeheuren Eichen-Baum Poetische Beschreibung / als was neues zum 1665. glücklich erlebten Neuen Jahre herausgegeben; sua quaque laude defraudandum non est. Inficiari tamen nemo poterit, paulo magis efflorescere illud debuisse, ansam præsertim ipso carminis argumento præbente. Paulo etiam obscurior videtur, dum, ut sonus rhythmorum consentiat, verborum cum re dissensum non evitat.

Locke/ (M. Joh.) P. L. C. Prediger auf St. Nicolai Hof vor Bardoweck. Fabricatus est Biblischen Denck-Ring. 8/53. Vix aliter fieri poterat, quia duriusculi & inconcinni caderent versus, quandoquidem res multæ parva lineola, paucisque verbis includi debebant. Optimam tamen cum *Keimanno* Noster in hoc argumento, si qua est, præstitit operam, non paulo plus artis adhibendo, quam *Ioh. Hulder.* quidam *Herlinus, Collegii Bernens. Ephorus*, qui seculo præterito *Versus Bibliorum Memoriales* struxit hunc in modum:

Mosis

Mosis das erst/ ds ander und dritt/
Begreifft funfzig: viertzig: sieben und zwentzig:
Im vierdtenund im fünfften Buch/
Dreyßig sechs/ vier und dreyßig such. rc.

Melius tamen *Herlinus iste*, quam *Iohann. Paludanus* in *Parvis Bibliis*, ξυθμίζει. Ita vero palustris *Paludani* vena fluit:

Mosis fünf Bücher zammen zoln/
Hundert achtzig und sieben stelln:
Das erst funftzig/ viertzg ds and' hat
Mit zwentzig sieben das dritt bestatt.
Sechs und dreyßig/ das vierd inhölt/
Das fünfft/ dreyßig und vieren zölt.
Josua zöhlt zwantzig und vier/
Der Richter Buch drey minder schier/
Das Büchlein Ruth nicht mehr denn vier/ rc.

Bellum sane lepidumque Mnemonevticæ specimen, ac facile dignum, quod vel in ipso Mnemosynes templo suspendatur. Superaddere hic libet *Manuscriptum*, propediem forte edendum, quo *Andr. Mergileti Papam* Lipsiæ 8, 1607. editum, versibus Germanicis redditum legimus. Inventio quidem in utraque versione elegans est & ingeniosa, utpote quæ singulis versibus singula capita librorum singulorum in S. Bibliis complectitur, eaque singula in versu statim subjecto, ad Papam applicat; at ipsa versio mollitie versuum & acumine laborat. Auctor, ut mihi quidem constat, Ecclesiastes Augustanus habetur.

Löber/ (Valent.) In Heliconem patrium deduxit den Teutschreden *Owenum*, 12, 71. Utut vero Poetæ Britonis acumen interdum acu tangat, exprimatque non minus argute argutas sententias Latinas; sæpius tamen Epigrammatum acies in vernacula hebescit. Atque vix aliter in argumento tali fieri poterat. Nervus enim Epigrammatis aut Latinis est proprius, & hoc pacto vix ac ne vix quidem Germanice reddi potest; aut invita Minerva ista suscipitur metamorphosis. Non omnibus enim licet afferre illam ingenii felicitatem, qua olim pollebat *Opitius*, in Græcis, Latinis, aliisve Germanice exprimendis, si quisquam alius, mire exercitatus.

Lohenstein/ (Daniel Casper von) *Consil. Cæsar. & Reipb. Wratislav. Syndicus.* Celebrior vates, & major, quam ut ejus laudes pagina capiat nostra. Omnium prope manibus teruntur *Poemata* ipsius, *Wratislaviæ 8*, diversis annis edita, ubi præ ceteris *Tragœdiarum* eminet cothurnus. Dictio ejus, ut facile patet, gravis, sublimis, profunda sententiis magnificis, similitudinibusque, & omni rerum nitore, tanquam stellis coruscis,

ſplendens, nec ulli Grajorum Quiritumve majeſtate ſtyli & exquiſito verborum apparatu ſecunda ; obſcurior vero ſæpe, & plerunque inſuavior in aures ruens. At tamen nihilominus ejusmodi umbras ingenii lumine, ſpirituum ſenſuumque ſublimitate, eruditionis haud vulgaris ubertate nusquam non caſtigat Noſter ac penſat. In *Epiſtolis Heroicis Hofmanno*, quem imitatur, herbam porrigit, id quod lector facile animadvertet. Operum qua arte qua eruditione ampliſſimum jure *Arminius* ejus habetur, qui vero lectorem in antiquitate variaque doctrina verſatiſſimum requirit.

LUDOVICUS *VI. Landgr. Haſſiæ. E Lohmeieri Tabulis Genealogicis* video, ipſum *Pſalterium Davidis* Germanicis verſibus elegantioribus reddidiſſe ; cujus tamen Metaphraſeos copia mihi nondum eſt facta.

LUNDIUS, *(Zachar.)* alias **Lunden/ Londen**. *Notarum in aula Regia Danica Friederici III. Magiſter*, publicavit *Poemata Iuvenilia, Hamb. 12, 35*. Quam facilis ſuavisque in Latina, tam difficilis parumque gratus in Germanica Poeſi Poeta videtur.

M.

MARCARDUS, *(Ioh. Seb.) Svinfurt. Rector Reval.* ab *Henningo Witte* in *Biograph.* Germanicos inter Poetas refertur. Nos vero nihil de eo poſſumus recenſere, cum nihil nobis de viro conſtet.

Marquard/ (M. Mich.) *Archidiac. Schlaitzenſis.* Proſtant ipſius Kirchhofs-Gedancken/ Jena 12/87. Quibus in fine annectuntur quædam ad noſtrum ſpectantia inſtitutum, dignaque adeo, quamobrem CL. viri mentionem hic faceremus.

MARTINI, (Georg.) Scripſit *Epigrammata Germanica, 12, 1654.* lectione non adeo prorſus indigna.

Mauersberger/ (M. Johann Andr.) edidit CCCC. Bibliſche Grab-Schrifften/ 8/74. Non raro quidem in hiſce gravitas & acumina deſiderantur : majores vero ſibi aſcivit ſpiritus in *Panegyrico* illo gravi prolixoque, & ita inſignito : Breßlau/ die weitberühmte Stadt/ das Haupt Schleſiens / beſungen von einem dero treuen Söhne. Brieg / Fol. 79. *Mauersbergerum* enim Poematis hujus lectu digniſſimi accepimus, imo ex ſententia ſtyli ſuſpicamur auctorem. Auctorem autem ut vulgo quidem ex litera M. præfixa colligunt, vel ex laudibus *Muhlpforti* inſertis liquet, non eſſe *Muhlpfortum*.

Mayer/ (D. Joh. Friedr.) Chryſoſtomus ille Hamburgenſis, cujus magnificum nomen illuſtrandi Schediaſmatis noſtri gratia hic appoſuimus. Nec vero Poetæ titulum detrectabit prorſus Vir ſumme venerandus. Verſibus enim publicavit Kurtze Wiederhohlung ſeiner heiligen Sabbaths-Arbeit. Hamb. 8/91. Inhalt derer 1692. in der

Kirche

Kirche zu St. Jacob in Hamburg gehaltenen Sonn- und Fest-Tags-Predigten. ibid. 8.

Meier/ (Joach.) *Perleberga-Marchicus, Gymnasii Gœttingens. P. P.* Historiam fabulosam, *Lesbiæ* nomine inscriptam, edidit 8, 91. Ubi *Catulli* de Lesbia sua lusus versibus Germanicis versos, Veneribus tamen Latinis perquam invitis, passim inspergit. Extat quoque ipsius Siegende Großmuth/ 4/93. *Drama Musicum* in novum *Ernesti Augusti, Br. & Lun. Ducis*, Electoratum, ubi suavitas rara, dictio difficilis deprehenditur & obscura.

Mennling/ (Joh. Christoph) Evangel. Prediger in Creutzburg/ und K. G. P. Nuper admodum provenere ejus Geistliche Sabbaths Erquick-Stunden/ 8/94. Quibus animos Deo devotos mirifice, jam recreare cœpit.

Mengden/ (Gustav von) *Liber Baro Livonus, ac Legionis Suecicæ Ductor summus. Poemata* ipsius, quorum maxima fere pars Meditationibus sacris constabit, ex *Henn. Witte Biograph.* nota sunt nobis, ubi sub nomine Gott-VerMieteten edita indicantur.

Merian/ (*Matth.*) celeberrimus ille *Sculptor.* Extat ejus der Fruchtbringenden Gesellschafft Nahmen/ Vorhaben/ Gemählde und Wörter nach iedes Einnahme ordentlich in Kupfer gestochen/ und in achtzeilige Reimgesetze verfasset. Franckf. am Mayn/ 4/46. Ubi versiculi quidem, ut procudi vulgo solent, *Meriano* ipsi *Fructifero* tribuuntur. Elegantior utique esset liber ceteroquin haud inelegans, si nomina expressisset *Carpophororum Merianus* noster, &, quod optimum, Scripta eorundem commemorasset.

Metziger/ (M. Ambros.) *Scholæ Ægidianæ Norimb. Collega.* Labor est ipsius, Der Psalter Davids in die gebräuchlichen Kirchen-Gesänge und Melodeyen gebracht. Nürnb. 8/30. Nisi chordas Germanicas in sanctissima Vatis illius Regisque Hebræi lyra extendisset, neu tempus, quo vixit, eum nonnihil excusaret, vix, qui audiretur, dignus poterat videri *Ambrosius* noster.

Meyerhoff/ (Günther) Revelare conatus est Das von der Wunder-Liebe wallende Vater-Hertz Gottes/ etc. Leipz. 4/59. Conatus ille piam intra simplicitatem simplicemque pietatem consistit.

MICHAELIS, (M. Georg.) Prelo subjici curavit *Teutonicam Dispositionum Variationem.* D. i. Mannichfaltige Veränderung derer nach Deutscher Reim-Arth gesetzten *Dispositio*nen über die Sonn- und Festtags-Evangelia. Eisenberg/ 8/88. Ser. Elect. *Saxoni* dicatum est hoc quicquid est libri. Sæpe autem ridiculæ sunt hæ Dispositiones. Non enim non fieri potest, quin Minerva invita, invitoque adeo textu Bibli-

eo rhythmi tales, nolint velint, sibi respondere invicem cogantur. Sic talem aliquando e *Ioh. III, 16.* protrusam novimus Dispositionem:

Ein tröstlicher Gnaden-Schatz:
Ein Hertzwärmender Brust Latz:
Ein seeliger Freuden-Platz.

Item ex *Esaia LVII, 1.2.*

Ein Frommer hier nicht lange lebt/
Den man unbedachtsam begräbt/
Dagegen er in Freuden schwebt/
Und sein Gedächtnis ewig klebt.

Quidni & aliam ex *1. Cor. XV, 64.* huc ponamus?

Ein Oesterliches Triumph-Lied/ welches heisset:

Triumph! Triumph! Triumph!
Der Teufel liegt im Sumpf.
Der Todes-Stachel der ist stumpf/
Drumb sag ich noch einmahl: Triumph!
Triumph! Triumph! Triumph!

MICHAELIS, *(Paulus) Hung. ex Prof. Christi Exul.* Publicavit *Drama* publice a pube Lipsiensi in scenam productum, Der Hebräische Hercules oder Simson/ des auferstandenen Christi Fürbild/ 4/78. Quodsi primo illi versui:

Gemüther/ die ihr euch mit Lust und Tugend küsset;

sequentes responderent, omnino & dignitati Poeseos nostræ, & nostræ una expectationi, abunde responderi poterat ab homine Hungaro, Germanice germanum in modum poetato.

Minsicht/ (Christian) Christlich anmuthig Spatzier-Gärtlein/ Nürnb. 12/68. adornavit.

Custos est pauperis horti.

Cujus xysta nemo temere, cui paulo ditior vena, deambulando repetere volet.

Mitternacht/ (M. Joh. Sebast.) Vir de Scholis & Ecclesia bene meritus, Parnasso etiam Poetico notus, edito libello de *Poesi Germanica, Lips. 12, 48. & 53.* accensis item Feuerheisse Liebes-Flammen/ Leipz. 12/33. Lege B. L. & judica.

Möller/ (Joh.) von Greiffenberg. *Iur. Stud.* Erneuerte Verleumbdung/ als sie vor Zeiten Apelles gemahlet/ Lucianus beschrieben/ und Dornavius vorgezeiget. Alt-Stettin/ 8/48. Etsi vero parum congrue exorditur, laude tamen omni defraudare *Greiffenbergensem* hunc nolimus, etiam cum nævos in ipso esse pronunciamus, extra calumniæ culpam futuri.

Möllerin/

Möllerin/(Gertraudt) nata **Eiflerin.** *Petri Mölleri, Med. D. & P. Regiom.* lectissima Conjux, Poetria Prussorum celeberrima, quam perperam in *Catalogo Lipsiensi autumnali* 1692, Wollerin & Wornille/scriptam invenies, quod obiter erat monendum. Ipsa vero Poemata, quæ ibidem recensentur, in conspectum nostrum hactenus nondum venerunt. Ceterum Carmina ejus varia sigillatim edita legimus, plus tamen ab ingenio fortasse, quam a facilitate commendanda. Legimus etiam ipsius Geist- und Weltliche Lieder/quibus *Ioh. Sebast., Elect. Brandenb. Phonascus Prussus*, modulos adjecit, *Hamb. fol.* 72. Ubi major quidem suavitas est, fereq; talis, qualem CL. *Morhofius* in Nostra dilaudat; cujus sententiæ calculum nostrum haud inviti addere debemus. Sic vero Polyhistor ille (Unterricht p. 343.) Sie hat ein Buch teutscher Oden (Tomi autem duo sunt) die so wohl gesetzet seyn/ als sie der beste Poet setzen mag/ an das Licht gegeben. Es fehlet hie nicht allein nichts an Erfindung/an Eygenschafft und Zierligkeit der Rede/an gehöriger Kunstrichtigkeit/ sondern ich darf kühnlich sagen/ daß sie einigen Tichtern unserer Zeit/ die dennoch einen Nahmen gesucht und erlanget haben/ weit vorzuziehen sey.

Moller/ (Alhard) En opellas ejus poeticas: (I.) *Tyrocinium Poeseos Teutonicæ*, Braunschw. 8/56. Helmst. 8/75. De hoc supervacaneum est judicare. Ex elogiis statim libello præfixis colligere licet, quodnam artificii genus sit nobis expectandum e.g. Hertzgeneigtes Bruder-Lob- und schuldiges Ehren-Lied. Item: Lob- und Ehren-Liedgen:

Und mein Moller will auch schreiben
Von der großen Himmels Kunst/
Ja er will die Sinne treiben/
In geneigter Lehre Brunst/
Glükklich muß er opitzieren:
(Si Musis quidem Boberfeldianis arridet.)
Wann er wird die Feder führen/
Glükklich/ herrlich/ wohl/
Freudig/ wie man soll.
So Herr Alhard lasset lauffen
Eure Feder nach der Lust/
GOTT der wird euch überhauffen
Mit dem theuren Himmels Must ꝛc/

Equidem haud existimo libellum hunc nimis anxie a Poeseos Studiosis quæsitum iri, cum elegantiores prostent: Primo enim intuitu a λογοδαιδαλία ista, quam sectatur, Cæsiana abhorrebunt. Excusandus tamen in zu Gemüth fassender Betrachtung/daß er unsere Deutsch-Adeliche Helden-Sprache zu mehr und mehrer Vollkommenheit führen wollen.

Flosculis enim ex ipsa *Præfatione* deceptis abuti licebit.(II.) Binde-Lust und Nahmens-Freude. Braunschw. 8/56. Franckf. 78. Ubi primum *Gratulatoria* quædam in *Calendis Ianuariis*, deinde *Onomastica* offendimus. Inventiones si spectemus, eæ vero plusquam sunt vulgares, atq; instar *Garteneri*, cujus hortos supra invisimus, exactæ. Petit quidem eas a Nominibus Propriis, sic tamen, horum ut e fontibus non paulo quidem clariores haurire potuisset. Istud porro Criticæ genus, quo in originibus eorundem nominum perquirendis utitur, quam ridiculum sæpe est ac ineptum? e. g Heinrich quasi Hünerreich. Sic & nobis procedere in aliis licebit: Vandalicum nomen Genserich/ quasi Gänsereich; quo utroq; villici apposite insigniri possint. Wilhelm/ der einen Willenen Helm trägt. Wolfgang/ der einen Wolfsgang hat/ oder einem Wolfe nachgehet. Leopold/ der wie ein Löwe billt. Alhard/ wie ein Aal so hart/ oder über all hart/ ut noster *Albard* in Poesi sua. Hoc certe pacto *Albertus* iste *Metaphysicam*, sic explicans: quasi *metam*, ad quam *Philosophi* disputant in mantelo absq; *sica*; patrocinium Etymologiæ suæ inveniret. Nota quoq; origo vocis *Locustæ*, velut, quæ pedes habeat *longos* sicut *Hasta*; & hujus farinæ perplura, quæ cum ceteris erroribus L. B. transire velit.

Morhof/ (Dan. Georg.) *Poes. & Eloqu. Prof. Kilon.* Summus hic Polyhistor divini sui ingenii divitiis divinam quoq; Poesin nostram locupletavit. Edidit opus incomparabile, reconditæ cujusdam eruditionis insigna monumentum, Unterricht von der Teutschen Sprache und Poesie. Kiel/ 8/82. cui velut appendicis loco adjecit *Poematum* partem suorum; in quibus perpetuam quandam rerum verborum concordiam exosculamur. Dum vero id ipsum agit CL. Vates, ut omnia juste inter se ac digne conspirent, nescio quodnam duritiæ genus, Holsatismis quoque fœcundum, incurrere videtur. Iocos porro cum spargit ac sales, volupe est, ipsum legere: id quod vel *Epigrammata* & *Thalasso ab Ansere Martiniano* petitus, testantur. Verbo summatimque: *Facundia Morhofii multiplex & multiformis est, & dicendi genus omne complectitur. Abundans & torrens, & copiosus scilicet eloquentia tenor est.* Sic nos in præsenti *Macrobianum* illud (*Saturnal. V, i*) elogium, quo mactat *Marona* divinum, nostrum facientes, *Morhofio* huic nostro haud injuste accommodare posse videmur.

Moscherosch/ (Quirin.) *Sacerdos in Comit. Hanov.* ex Societate Florifera seu Pegnesia, sevit Poetisch Blumen-Paradieß. Nürnb. 12/ 73. dissimilimum Paradiso. Flores enim vocabulis novis, veluti coloribus, expingere allaborat frustra. Locum hic etiam sibi deposcit.

Moscherosch/ (Hanß Michael) *Philander* ille von Sitte-Wald

apud Fructiferos der Träumende/ Satyris suis, cetera ingeniosis, versus non parum somnolentos passim inspergens.

Mühlpfort/ (Heinr.) *Siles. Libellorum Curiæ Wratisl. Magister, eidemq; Reipubl. ab expeditionibus Latinis*: Poeta quondam in Parnasso Philureo Camenis litans, haud ignotus, B. etiam *Fellero* nostro familiarissime usus. *Poemata* ejus *Germanica*, opus posthumum, duobus tomis publici juris facta sunt, dilargiente sumptus *Ioh. Georg. Steckio Bibliop.* Bresl. I, 8. 86 & II, 8, 87. Curæ posteriores politiora, fortasse hæc nobis præstitissent. Labores enim Viri optimi maximam pleramq; partem subiti, & ex tempore suscepti videntur. Hinc ipsi tantum non solenne est, ut magnificum aliquid spirare aggressus, non raro in progressu orationis elanguescat, defervescente propemodum omni, quem principio foverat, præclaro intensissimoque calore. Imitaturus autem inimitabilem *Hofmannswaldavium*, quo Noster usus est fautore, insuavior quidem illo Phœnice, *Lohensteinio* tamen Vate dulcior apparet. De cetero neq; gravitas destituit Nostrum, neq; Veneres illæ dictionis, leporum sale largitur conspersæ, exarescunt; sententiarum vero lumina passim & cumulate resplendent. Inventionum certe divitias in eo non possumus non suspicere, admiraturi quoq; nisi animadverteremus, plerarumq; fontes in *Epithalamiis* e Deastrorum gentilium paludibus esse deductos. In affectibus autem ciendis palmam plerisq; dubiam reddit; redditurus in pluribus, si per cruciatus podagræ, perq; malum illud necessarium ac domesticum, bono viro licuisset. Atqui is tamen nihilo secius & in turbis tranquillus erat, & inter nubila mente ut plurimum serena, *Epicuri* instar, melioris, quam vulgo putatur, moris sententiæque Magistri: Ἀντιπαρατάττεσθαι γὰρ πᾶσι τούτοις τὸ κατὰ ψυχὴν χαῖρον ἐπὶ τῇ τῶν γεγονότων ἐν τῷ διαλογισμῶν μνήμῃ, ut *Diog. Laertius* de ipso commentatur. Noster quoque *Iobum*, cujus ipse fata non pauca expertus fuerat, versibus Germanicis reddidit; quod Poema tale suspicamur fuisse, ut ejus causa multos non sine causa dolere existimemus. Perditum prorsus creditur: quod si vero, fato benigno sic volente, adhuc superet, omnium certe maxime dignum, quod a blattis tineisq; vindicatum publicam in lucem exponatur. Multa etiam *Satyrica* ejus & *Erotica*, utrinque vena minime difficili effusa, desiderantur, quæ in sinu amicorum latent. In schedis quoque *Amici fautorisque* cujusdam mei *Wratislaviensis Muhlpfortiana* vidi *Poemata*, quorum nonnulla facete de se, quasi jam mortuo, sub aliorum schemate lusit. Tandem obiit Noster mense *Julio A. 1681. Epitaphium* sane ridiculum ipsi adhuc viventi posuit *Hofmannswaldavii* manus.

Neun Wörter/ und nicht mehr/ soll dieses Grab=Mahl haben:
Hier unter diesem Stein liegt Gicht und Durst begraben.

MUHLIUS, (*Henr.*) *Morhofii* quondam germanus Auditor, ac deinceps in Professione Poetica dignissimus Successor; Unicum *Carmen Nuptiale*, ab ingenio doctrinaque merito commendandum, dedit in *Convivio Erudito*, ed. III. *Kiloni*, 8, 1693. p. 57. & 64.

Müller/ (Ernst) *Marpurg. Sacerdos* tandem, ni fallor, *Giessensis*. Ejus nobis cognita sunt opera seqq. Das Hohelied des Königs Salomon. Franckf 8/51. Von der Belägerung Riga. Poetischer Aufzug. (Drama de Turcis Germaniam infestantibus) Gießen/8/64. Lebens- und Sterbens-Andachten. Gießen. 8/55. Nonnulla quoq; Poetica in Wasser-Andachten. 12/62 & Evangelischen Seelen Ubungen. 12/65. Poeta est elegans, satisque comtus.

Müller/ (Heinr.) *Doctor* ille *Theologus & Prof. Rostoch.* Tres, quos sciam, Hymnos cecinit: I. Lebt iemand so wie ich/ so lebt er jämmerlich. 2c. II. Lebt iemand so wie ich/ so lebt er kümmerlich. 2c. III. Lebt iemand so wie ich/ so lebt er seeliglich. 2c. In quibus non artem magis, quam affectus spiritumq; miramur; His forte *Tetrasticha*, figuris æneis in Liebes-Küße subjecta, annumerari possint. Prodiit quoque *Norimbergæ*, 8, 91. *Hymnorum Fasciculus* ex *Mülleri* libello, spiritu vitaque plenissimo, Erquick-Stunden/ a *Pastoribus Pegnesiis* concinnati, qui tamen ab arguta indole styli indolisq; Müllerianæ sententia immane quantum recesserunt. Referet huc, sic voles, *Mülleri* nostri Musicalische Seelen-Lust/ Librum nempe Hymnorum ab ipso emendatorum.

Muschwitz/ (Wolf Adolph von) *Eques Lusatus*, Vates eximius, cujus sub calamo erudito *Heraldica de Heroibus Saxonibus* fervent. Quæ ne invideat Musis, imo universo orbi erudito, Vatem Generosum omni, qua par est, obtestatione comprecamur.

MYLIUS, (*M. Georg.*) Clarissimum illud Myliorum nomen nostram quoq; Dissertationem clariorem reddat. *Georgii* hujus *Odæ* quædam, eæque suaves, in *Henr. Alberti* Lust-Wäldlein conspiciuntur. Alter est.

MYLIUS, (*Ioh.*) Der Edlen/ Strengen und Ehrenvesten Junckern von und zu Thüngen Pfarrherr/ qui *Decurias V. Precationum Rhythmicarum*, Geistreiche Lebendige Hertz-Funcken und kräfftige Stücke des besten Kirchen-Weyrauchs. Leipz. 12/20. ex Pericopis Evangelicis suscitare conatus est, intra pium fere conatum subsistens.

N.

Negelein/ (Christoff Adam) in Societate Norica Celadon appellatus, fidibus nuper Teutonicis resonare docuit Alte Zions-Harffe/ Nürnb. 8/94. sed sono simplici, quem tamen modulis suis musicis emendavit Joh. Löhner.

Neukirch/ (Benj.) Poeta Wratislaviæ inprimis clarus, Polonia

Bojanovensi alias oriundus. Sparsæ ipsius Camenæ hinc inde volitant. At tamen ejus Galante Briefe und Gedichte / propediem edenda, *Paul. Gunth. Pfotenhauer*, Bibliop. Coburg. in Catalogo Autumnali promittit. Purpureum autem venæ uberrimæ rivulum in Daniel Caspar von Lohenstein *Arminio*, Tom. II. lector avidus poterit degustare. Nostro sane quadam naturæ bonitate contigit, Carmina Emblematibus, tanquam stellis quibusdam lucidissimis, illustrare. Omne autem tulit punctum Poeta noster magnificus, & quousque sane styli majestas pertingere potest, pertigit; licet nonnullis in timorem affectatamque nimis dictionem abire videatur.

Neukrantz/ (M Joh.) König Davids Psalter-Spiel von neuen besaitet/ und auf itzige Sing-Arth gestimmet. Hamb. 8/50. reddidit nobis; sed sonum ingratum ac minus artificiosum hæc cithara reddit. Idem esto judicium de ipsius Danck- und Freuden-Gesängen über erlangten Frieden/ ibidem editis, eademque forma.

Neumann/ (Joh. Georg.) *Poes.* quondam *P.P.* nunc autem *Doctor & Professor Theologus Wittenbergensis.* Pace Pl. Venerandi Præsulis fiat, ut ab excellenti ejus nomine nomen decusque novum plagulis adsciscamus nostris. Quam sit Vates eximius, vel solum illud pulcherrimum *Adventitium*, quo summum Iuris Sacerdotem *Sam. Strykium*, Wittebergam ingressurum, publico nomine excepit, non obscure declarabit. Equidem novi Amicum, qui Viri Carmina, quoties legit, toties mecum exosculatur, ac inter librorum κειμήλια reponit.

Neumarck/ (Georg.) *Mühlhus. Thur. Principi Vinariensi a Secretis*, in Soc. Fructif. Der Sprossende appellatus. Non aspernandæ artifex elegantiæ, quamvis non unam sibi libertatem sumserit passim; cujus tamen, ut ipsi gratiam faciamus, cum cæteræ suadent Poetæ virtutes, tum vero palmarius ille *Hymnus*: Wer nur den lieben GOtt läst walten ꝛc. idem deposcere videtur. Porro ex florentissimo hoc ingenio feliciter propullularunt: Neusprossender Teutscher Palm-Baum. Ubi optima de Fructiferorum societate ac institutis cognitio est petenda. Poetisch Musicalisch Lust-Wäldgen. Hamb. 12/52. Quam ille sylvulam paucis post annis, accessionibus non paucis efflorescentem, denuo pandit hunc in modum: Fortgepflantzter Poetischer Lustwald. Jena 8/57. Plantavit quoque Poetisch-Historischen Lust-Garten. Franckf. 12/66. Proposuit Poetische Tafeln/ oder Gründliche Anweisung zur teutschen Vers-Kunst/ 4/67. Denique coronidis loco: Perlen-Crone/ 8/72. Davidische Ehren-Crone Christlicher Potentaten/ 12/75. affabre elaborando, non magis Principibus, quam sibi coronam flavit immortalem. Sunt & alia quædam: Eclogen: Aemylianische

Sontags-Gedancken: Davidischer Regenten-Spiegel. Frauenzimmer Spiegel; sed nondum a nobis inspecta.

Neunachbar/ (M. Joh.) Der Evangelischen Gemeine in Thoren *Senior*, und des *Gymnasii Professor*. Facile facilitate suavitateque sua lectori sese probabunt ipsius Evangelische Reim-Gebethe; Hymni autem sunt sacri in civitate Thorunensi, in 12, impressi.

Neunhertz/ (M. Joh.) Pfarr in Kißlingswalda. Edidit Evangel. Sabbaths-Freude Zittau/12/90. Elegans omnino Poeta, cujus sententia casta & castigata, nativa & germana, suavis & dulcis, quæque a CL. *Schellio* numeris Musicis vincta aures in templis nostris sæpissime permulsit.

O

OLEARIUS, *(Adam.)* in carminibus nonnullis nomen adoptat fictum: *Ascanius Olivarius, Ascanius d' Oliva:* Vir per quatuor mundi fere plagas notus. Non solum vero ab interitu vindicavit *Flemingi* Musam, sed ipse quoque suo comprobavit exemplo, se Musas non parum habuisse faventes. Loquiturque idem *Epos Panegyricum*, v. 922. constans, Sieges-und Triumphs Fahne *Gustavi Adolphi:* ubi φράσει utitur germana, pondere affectuque plena. Sic autem orditur:

Und du/ o Himmels-Licht/ erstarretest vor Schrecken/
Du mustest vor der Angst dein Angesicht verstecken
In einen Nebel Rauch. &c.

Iniquior paulo egit, cum herba ista saluberrima, Nicotiana videlicet, in der lustigen Historie/ woher das Toback trincken kommt. 4/42. natales ipsius non Æsculapio, sed Plutonis orco assignans. Aliter sentit Theologus quidam Ratisbon. *Widerus*, qui in Evangelischen Kirchen-Jahre/ ex Pericopa Evangelica Dominicæ Quasimodogeniti Propositionem facere non dubitat hunc in modum: Das heilige Wund-und Tabac Kraut/ mit welchem wir den HErrn Christum vergleichen wollen. Ceterum descripta est typis novis ista *Ascanii* nostri *Historia*, 1678. adjectis e *Laurembergio* nonnullis, & *Epigrammate* hoc *Cæsiano:*

Wer ist es/ der zu erst die Pfeiffen sahe fallen
Von hohen Himmels-Saal? bist du es nicht Nicot?
Du tapfrer Edelmann/ wie hat dir nicht vor allen
Den stinckenden Toback vermacht der Feuer-Gott?
Ja ja/ du bist es auch; drumb man nach deinem Nahmen
Diß Rauch-Kraut im Latein *Nicotiana* nennt.
Wie sol man denn davor dir dancken und dem Nahmen?
Was mich betrift/ so ists den Jungfern zuerkant.

Quod si versus ultimi explicationem addere licet, hæc erit: Sie werden es dir mit dem •• Hencker dancken.

OLEA-

OLEARIUS, *(Ioh. Gottfr.) Theologus* ille *Arnstadiensis*, DEO Sion's, velut sacrificium acceptum obtulit Erstlinge an Geistlichen Deutschen Liedern und Madrigalien. Hall/8/64. *Odæ* autem, suaves illæ & piæ, *Madrigalibus* præponderare videntur. In der Augustinischen Andachts-Flamme/ Nürnb. 12/66. etiam non pauca invenimus, quæ ad forum spectant nostrum. Forsan, & huc patruus *Olearii* nostri referendus

OLEARIUS, *(Ioh.) Th. D. Augusto & Iohann-Adolpho SS. DD. Saxon. a Concionibus Aulicis*, de Ecclesia bene studiosissimeque etiam in prole Olearia amplissima meritus, mansurus adeo *sicut oliva fructifera in domo DEI*; qui Theologus cantilenas bene multas, e Pericopis præcipue Evangelicis composuit; ita, ut Hymni Ecclesiastici ferme solent, dictione nempe Biblica & plana.

OLEARIUS, *(Fileman) Eccles. Halens.* Præter carmina varia, quæ ad manus sunt, quorumque jactura parum fortasse detrimenti capiet Respubl. literaria, edidit quoque Der Großmächtigen Herrschafft Venedig Sieg/ wider den Erb-Feind Christl. Nahmens/ erhalten im Porto *Focsia*.

ONKELUS, *(Ioh.)* Oratione utraque prosa & vincta, concinnavit *Astronomisch Philosophisch* Hirten Gedichte/ Dreßd. fol. 66. Meditatus est quoque Paßions Betrachtung/ Dreßden/8/70. Quæ μελετήματα lectori non difficili se facile comprobabunt.

Opitz/ (Martin.) Tandem aliquando illum ipsum attigimus, quem, ut *Homerum* Græcorum, ac Latinorum *Virgilium*, Parentem Poetarum Germanicorum vulgo appellare solent. Cujus ortum Oloris non sine gloria sibi vendicat Silesiæ tractus Bunzlaviensis, qua Bobera fluvius ipsum alluit. In Ordine Palmifero palma præ cunctis dignissimus, dignissimus adeoque & agnomine, der Gekrönte. Primus enim, quod equidem sciam ex illo rhythmorum veluti cœno quodam, os cœlo attollere ausus est, cœpitque majus aliquid humana voce sonare, intentius excutiendo dotes ac monumenta Belgarum, a quibus & materiam & formam poetandi pulchriorem cepit, ac imitando scitissime expressit, admiratus una Silenos hos Alcibiadis, rimatusque latentes in lingua nostra thesauros. (*Wencesl. Scherffer in Præfat. Libr. VI.* Geist- und Weltliche Gedichte/ *Opitium nostrum in Ernesti* Schwabens von der Heide/ *libello Poetico, 1616. edito, nobis quidem ignoto, primam Poeseos suæ viam invenisse conjectat. Opitius vero, ni fallor, anno 1618. primum venæ divinæ fœtum est enixus.)* Atque hic tamen vir, ut variæ doctrinæ scientissimus fuit; sic fortuna quoque varia est usus. Militiæ quidem stipendia facere non magis erubuit, quam vates ille Venusinus, qui

- - - *celerem fugam*
Sensit relicta non bene parmula,
Cum fracta virtus, & minaces
Turpe solum tetigere mento.

Vitam ejus succincte exhibet CL. *Weisius*, in Curiosen Gedancken von Teutschen Versen. Hic vero quid verbis prolixis, re ipsa loquente, opus est? Sufficiat dixisse, *Opitii* Poesin esse castam, æqualem, suavem, perspicuam, moratam, artis & ingenii plenam, denique, si excipias Silesiasmos, germanam. Quo magis mirandum, tot Poetarum cohortes ab hoc peritissimo Duce defecisse, ac desertorum instar nescio quæ in castra transfugisse, ignota utique prorsus exosaque Musis. Neque non tamen & ii peccant, qui nimia quadam superstitione ducti, nimium quantum Opitianæ tribuunt arti. Legimus quidem *Augusti* illius *Buchneri*, idonei sane harum rerum judicis, de Nostro elogium *Epist.* P. I. n. LI. p. 119. *Non poterit ascendere altius Musa patria, & necesse est, ut acquiescat eo fastigio, quo tu collocasti. Interim te sequemur longe, & tua vestigia adorabimus: sic tamen non obscuri prorsus morituri. Quæ parvitas nostra sperare prohibet, a tuis divitiis exspectabimus. Ac si tu nomen nostrum tuo illi Palladio peplo intexere dignatus fueris, immortale erit.* Neque nobis clam est, ipsi ab Ampl. *Weisio* multum deferri: sed profecto, complures, atque ipsum inprimis *Weisium*, altius ivisse negari nequit. Absit vero, ut meritis laudibusque Vatis Optimi *Opitii* nostri, quicquam derogemus, cujus certe, si non Principis, at Parentis tamen Poetarum, digna sunt Poemata, quæ Virgilianorum instar,

laudentur, placeant, vigeant, relegantur, amentur.

Opera ipsius seorsim antea, nunc vero uno junctim volumine semel iterumque sunt recusa; quorum ultima, VII. nimirum, editio jure optima habetur, impressa Wratislaviæ, 8. Restat *Epigramma in Magdeburgum captum*, quod, cum in editis nondum reperiatur, nos in Lectoris B. gratiam hic apponimus:

Illa diu Virgo, temerati nescia lecti,
Mille petita procis, mille negata procis.
Quam Carolus quondam, quam Marchio nuper amavit,
At nunquam duxit ille, nec iste diu.
Quippe maritus erat Cæsar, sed Episcopus hic est,
Et vetitum timuit cauta puella torum.
Tilliadi, morosa licet, nunc jungitur hoc est,
Casta probo, innupto virgo, vetusta seni.

Germanice:

Die stets alleine schlief/ die alte keusche Magd/
Von tausenden gehofft/ und tausenden versagt/ (Die

Die Carl zuvor/ und itzt der Marck-Graf hat begehret/
Und jenem nie/ und dem nicht lange ward gewähret/
Weil jener ehlich war/ und dieser Bischoff ist/
Und keine Junfrau nicht ein frembdes Bett erkiest/
Kriegt Tylli. Also kömmt itzt keusch und keusche Flammen/
Und Jungfrau und Gesell/ und alt und alt zusammen.

Vertit quoque *Opitius Arianam*, versus immisti immane quantum differunt ab iis, qui post ex vena perenni promanarunt. *Arcadiam* quoq; *Philippi Sidneji & Barclaji Argenidem* cultu Germanico condecoravit. Diem Noster obiit supremum Gedani XX. August. M.DC.XXXIX. Idemque annus ac mortis una genus in sequente latet *Chronodisticho*.

QVI pestIs fVeras LIngVarVM barbarIeI,
HeV! GeDanI VILI peste, Poeta, perIs.

Ceterum alius quidam *Salomon* Opitz/ von Lißa aus Groß-Polen/ etiam *Opitius* carminibus quibusdam voluit videri. Sed utinam aut nomen mutasset, aut omen ac venam, ex qua nihil admodum Opitiani illius sanguinis prorumpit. Sic *Epithalamio* cuidam subnexuit Wohlgemeinten Nachwunsch in folgenden Irr- oder Verführungs-Reimen gefaßet:

(1) Es blüh (12) Euch herbes Leid (13) das Glück (4) vermeid' Euch Beyde
(5) Erlebt (8) Haß Zanck und Neid (9) die Lust (16) sich von Euch scheide
(2) Der Seegen (11) stets entweich (14) Euch grüne (3) Sorg und Noth
(6) Glück Leben Heil (7) geh' ab (10) sich nahe (15) Streit und Todt.

Quo certe in novo (si Musis placet) carminum genere Poeta noster se reperisse putat, non quod pueri in faba se reperisse clamitant: *midam* scilicet.

Ortlob/ (M. Carl) *Olsna Siles.* A. 1654. *Wittebergæ Disputationem* habuit *de variis Poeseos German. Ætatibus* lectu dignam, ediditq; jam ante Siebenmahl sieben Geistliche Gedancken in gebundener Rede. Wittenb. 8/15. Poetam loquuntur elegantiæ non contemnendæ.

OSIUS, *(Boppo Ioh.)* Der Poesie und wahren Tugend geflißener. Evolare in publicum jussit Den Seltzamen Phönix. 12/ 67. Apposite autem libello, oratione utraque conscripto, epigraphen fecit: elegantia enim vel ipsa Phœnice rarior ibidem comparet.

Osterhausen/ (Hanß Ernst von) Post obitum ipsius editæ sunt Poetische Erquick-Stunden. Dreßd. 8/ 76. quibus non ingratas Lectori horas fecisse videtur.

P.

PASTOCHIUS, *(Ioh.)* Halæ Saxonum grassante peste Odas cecinit *Halam Querulantem,12, 82,* Querelarum hic & motuum plus, quam limæ offendas.

Pecke/ (M. David) Pfarr in Perisch. Multa scripsit: Gleichniße und Vorbilder unsers Hochverdienten Heylandes und Seeligmachers des Herrn Jesu/ und seines Gold-güldenen A. B. C. Leipz. 12. Tägliche Hauß- und Kirchen-Lust Leipz. 12/ 54. Helle Collecten-Cymbaln. Leipz. 12/ 60. Vater Unser in C. Gesängen/ 12/ 61. Quæ ut omnia sunt pia, sic omnia Poesin redolent antiquam.

PELLICERUS, *(Ioh. Georg.) Leoburgi Præses,* in Pastorum Pegnicensium Ordine Thyrsis dictus, cujus obvia nimis carmina sunt passim.

Peschwitz/ (Gottf. von) Notus est ipsius Hochteutscher Parnaß. Jena/ 8/ 63. Lexicon autem est Poeticum, operose quidem congestum, sed ex Poetis ejusmodi fere, qui melioris notæ Poesin raro calluerunt.

PERSIUS, *(Ioh.) Hamburg.* In scenam patriam produxit Den Teutschredenden *Isocratem,* d. i. Poetische Ubersetzung der vortreflichen Vermahnungs-Rede des Hochberühmten Atheniensischen Redners *Isocratis* an den jungen *Demonicum,* aus der Griegischen gemeinen Rede in hochteutsche Verse wegen der herrlichen Unterrichtung/ für die Tugend liebende Jugend/ wie auch nützliche Ubung der Teutschen Dicht-Kunst unter Anführung *Ioh. Christoph. Losii, P. L. C.* und *Rectoris,* übernommen und in ansehnlicher Versammlung hoher Gönner in dem Evangelischen *Gymnasio* zu *St. Andreæ* Alter Stadt Hildesheim öffentlich hergesagt. 4/ 85. Mentem Rhetoris Græci bene satis, minimeque obscura dictione expressit; nisi quod, nunc altum petens, mox humi repens, æquabilem dicendi formam paulo minus videtur observasse.

Petermann/ (M. Tobias) *Rect. Pirnens.* Multa passim ipsius carmina volitant. Recenseri hic meretur Auserwehlte fröhliche Friedens-Post. Dreßd. 4/ 50. ubi in regione positi sunt rhythmi Latini *Tobiæ Hauschkonii,* Bohemi olim ob sacra extorris. Item: Treumeinende Aufmunterung wegen des neulich am IXten des Christ-Monats 1660. ungeheuren Windsturms an sein geliebtes Pirna fol. 60. Huc etiam pertinet *Schediasma M. Ioh. Böhmii* in *Hortum Heringi, Ser. El. Sax. a redituum rationibus secretioribus,* quod Germanicis versibus reddidit *Petermannus* 4, 64. Artem optime callet, quantumvis nonnimis canat artificiose.

Pfefferkorn/ (M. Georg. Mich.) F. g. P. von Ifftа aus Heßen. Hoc auctore gaudet Poetische und Philologische Fest- und Wochen-Lust. Altenb. 8/ 67. ubi lectores fortasse condimenta palatorum suorum non plane fastidiosa gustabunt.

Pflau-

Pflaumin/ (Anna Maria) nata *Marcia*. Ob raram ingenii felicitatem *Sappho* dicenda, cum quovis Poeta in arenam descensura. Superbiat antiquitas Sapphonibus, Corinnis, Erinnis, Telesillis, Praxillis, Myronibus, Sulpitiis, aliis, habet nostrum quoque ævum Poetrias, universæ Poetriarum nubi audacter opponendas. Ruris ille ac inficetiarum plenus sit, aut Bavium aliquem Mæviumque adamet, qui Nostræ cum alias, quas enixa est, *Meditationes*, tum vero ejusdem Thränen- und Trost-Quelle/ Leipz. 12/89. vel semel Poetici hujus fontis dulcedinem degustans, nobiscum haud miratur.

Philips/ Frey-Herr zu Winneberg und Biechelstein. Christliche Reuter-Lieder/ versuum genere plurumque concisiori, ac illo quidem tempore minus usitato, decantavit, a *Barthol. Schumlero, Niesens. Comit. Nassav. Parocho*, sunt recusi, Herborn/12/19. Artem nitidiorem, ut in ætate ista, quærimus incassum. Heroum tamen aliquid Hymni ab Heroe profecti non obscure produnt.

Planckenauer/ (Joh. Christoph.) In Soc. Palmif. der Geschmückte. Parnassidum relinquens colles, sacros Sionis montes resonare docet Letzter Gerichts- und Todten-Proceß. Jena/ 8/78. legitq; ibidem Biblische Blumen. Grata essent cuncta, nisi conquisita nimis operose verborum sublimitate, Apostrophique crebriore, quam par erat, usurpatione, gratiam corrumpere videretur.

PLAVIUS, alius Plauen (*M. Ioh.*) Ubinam locorum ingenii sui thesauros absconderit, diu multumque investigare frustra conati, tandem in G. W. Sacers Errinnerungen wegen der Teutschen Poesie/ incidimus, qui Plavianarum particulas divitiarum addiderat, carbones, inquam, pro thesauro. Meræ enim sunt *Antipericatametana parbeugédamphirribificationes* Poeticæ, quod vocabuli genus L. B. ex libello Satyrico Hanß Wurst/ agnoscet. At ne *Plavio* nostro injuriam afferre videamur, ipsum potius vaticinantem audire licebit:

Man lebt noch eins so lang bey einer frommen Frau:
Wer eine böse kriegt/ der pfleget bald zu grauen/ und stirbt auch gar bald ꝛc.

Item:

Eure schöne Wängelein/
Edler als Rubinen-Stein/
Röter als die Röselein/
Eure Perlen-Zänelein/
Eure Stirn als Helffenbein/
Eure Naß und Hälselein/
Die subtilen Händelein/
Wolt ich mahlen als sie seyn/ ꝛc.

Ex-

Excusandus tamen forte Noster multitudine errantium; si hæc ipsa quidem errori patrocinium parit. Quot enim, quæso, reperiuntur, qui versibus inficetis non paulo etiam gravius hallucinantur? & tamen in sinu se Musarum considere temere sibi persuadet profanum illud vulgus. Quid autem versiculis sequentibus insulsius, quibus Poetaster quidam *Hominem bonæ frugis* exprimere voluit?

Er ist ein praver und preißlicher Mann/
Den man zu vielen sehr nützlichen kan
Sachen gebrauchen/ wird herrlich geprieseu/
So daß ihm niemand erzeiget Verdriesen.

Quæ vero sequuntur, rancida ista, posterioresque, quod est in proverbio, Saturni partes olentia, in *Epicedio* quodam nauseam nobis haud segniter moverunt:

Ach trauret/ trauret doch dihser Mann ihst gestorben/
Durch dehn dieh Wohlfahrth mein gantz gäntzlich ist verdorben.
Ach jah/ duh trefflich Mann/ duh wahrst ein frommer Mann/
Doch bist itzunder tohd/ daß d' nicht mehr helffen kan.
st! daß ihn Nihmand stöhr mit Klahgen und mit Seufzen/
Ehr thuht nuhn wohnen dort/ woh dieh Engel hell leuchten 2c.

Neque vero versifices antiquati tam insolenter delirarunt. Melioris utique commatis sunt nummi seu numeri isti reprobi, justi tamen suo tempore valoris:

Hier liegt begraben Herr Melcher/
Ein Pfarr gewesen ist welcher
Er hat gelebt in Ehr und Zucht/
Ist gestorben an der Waßer-Sucht.
Schau lieber Leser/ schau doch frey/
Ist das nicht Schad/ ei/ ei/ ei/ ei!

Ite domum pasti, si quis pudor, ite, juventi.

Pohle/ (Christoph) *Silesius.* Instituit Geistliche Beschneidung/ Wittenb. 4/ 51. sed nova dignam circumsione, seu mavis, castratione quadam. Scilicet non omnis, qui Silesius, continuo nascitur Poeta. Non est hereditaria hæc felicitas, licet insita sit plerisque. Gentilitium utiq; inclytæ Silesiorum genti videtur, ut indole in Poesin, ingeniosam illam & gravem, licet minus semper suavem, præ reliquis nationibus sit proclivis. Exempla in Civibus hodienum extant: e quibus hoc nomine potissimum commendari meretur, in alma nostra Philurea hactenus degens, quique *Patroni* cujusdam, multis mihi nominibus suspiciundi, jussu publice appellari debet, *Gabr. Grosserus* videlicet Wratislaviensis, cui adjungere jubemur *El. Gichtlerum, Gorlicensem, Lusatum,* ille *Carmi-*

nibus binis, uno in *Ludovicum Badensem*, Ducem illum belli supra omnem invidiam positum; in *Guilielmum*, *Magnæ Britanniæ Regem Magnum*, altero pulcherrime concinnatis: hic vero quibusdam *Epigrammatibus*, *Apollinis* Denck-Sprüchen/haudquaquam vulgare nomen est adeptus. Venam uttiusque, ut ex ungue leonem, sic e sequentibus, L.B. statim agnoscet: En *Poematis Grosseriani* prioris caput & calcem:

I.

Triumph! so schallet schon Europens Feld-Trompete/
Der Donner schläget nun der Feinde Mauren ein;
Es bläset Fama fast aus ieder Morgen-Röthe/
Jtzt sol ein Helden-Geist des Hochmuths Sieger seyn!
Denn König **Ludewig** erfährt zu seinem Schaden/
Daß ihm zu mächtig sey **Printz Ludewig von Baden**,

XII.

Ja der **verbundne Rhein** wird **dem Erlauchten Printzen**/
Zum Zeichen seiner Treu vor die Genaden-That/
Gantz andre *Louis d' or* zu **hohem** Ruhme müntzen/
Worauf dein **Helden-Bild** hier diese Beyschrifft hat:
Weil Ludewig so wohl den Ludewig geschlagen/
So sol ein edles Gold es auch der Nach-Welt sagen.

Ecce tibi vero & *Musæ Cuchlerianæ* acumen:

Printz *Louis* **von Baden.**

Der Himmel wil dir nichts als Siege zuerkennen/
So offt der Türcken Macht die Länder überschwemmt/
Du bist mit allem Recht ein Josua zu nennen/
Der zwar die Sonne nicht/ iedoch den **Monden** hemmt.

Marquis de Gastanaga.

Du hast die grosse Last nicht allzuwohl getragen/
Drumb steht ein *Atlas* da/ dem wird sie zugetheilt.
Indessen wird man dir den Lob-Spruch nicht versagen:
Daß deine *Gravi*tät sich niemahls übereilt.

Præ reliquis, ceu primæ quædam magnitudinis stella, nitere illud, quod in *Mariam, Angliæ Regem*, concinnavit, nisi ultima in voce κατάχρησιν animadverteremus. Dignum tamen, quod legatur:

Maria/ Königinn in Engeland.

Als Nacht und Dunckelheit dein Wesen noch bedeckt/
War deine Tugend schon zu Kronen auserkohren:
Wie sehr dein Vater sich durch eigne Schuld befleckt/
So bleibt er doch berühmt/ dieweil er Dich **gebohren.**

Polze/ (M. Adam) K. g. P. und 33jähriger Pfarrer zu Danesdorf.

Calamum οὐδὲ εἰς ἱπποκρήνην, οὐδὲ εἰς νῦν βάχας, scripsit edidítque Reim und Ruhm Gedichte über den in diesem Jahr (1677.) bey Pegau an der Elster neuentsprungenen Gesundheit- und Wunder-Brunnen. Wittenb. 4/77.

POLUS, *(Timoth.) Merseburg. Poes. Prof. Gymn. Reval.* Hunc utriusq; Latinæ & Germanicæ, Lingæ Poetam pronunciat *Henn. Witte, in Biogr.* Nos nihil vidimus.

Porsche/ (Christoph) Geistlicher Kirch-Hoff/ oder Biblische Grab-Schrifften Leipz. 12/74. & Dantzig/8/87. exaravit: in quibus lectorem facile detinebunt cum alia, tum dictio morata, rotunda, facilis, casta, planeque & Germanica & germana.

Prasch/ (Joh. Ludw.) *Patritius Ratisben. & Reipb. patriæ Consul,* Vir de Repb. literaria immortaliter meritus. Obiit diem suum die XII. Iunii, 1690. Poeta in Poesi & Latina & Germanica laude omni dignus, Germanicam locupletavit sequentibus ingenii sui monumentis: Gründliche Anzeige von Fürtrefligkeit der Teutschen Sprache. Regensp. 12/80. Lobsingende Harffe. Regensp 8/82. Geistlicher Blumen-Strauß/ mit beygefügten Gnadenthalischen Melodeyen / und einer Zugabe von Natur des Teutschen Reimes. Regenspurg/8 86.

PRÆTORIUS, *(Benj.)* Modulatus est *Cantilenas Sacras* & *Epigrammata* nonnulla, quæ sub titulo Des Jauchzenden Libanon / cum *Christoph. Schultzii. Cantoris Delitiani,* melodiis edita sunt *Lipsiæ,* 8, 68. sed qua arte qua spiritu in secundis tertiisque consistunt.

PRÆTORIUS, *(M. Ioh.)* P. L C. scriptis suis jocosis, nugisque doctis, Lipsiæ, ubi vixit, non ignotus. Chartam quoque fecit lusoriam, EIne ZIgeVner Karte / oDer ChIroMANten SpIeL. Nürnb. 12. 59. Item Eine Astronomische Karte/ ibid. 12, 63. quarum singulis figuris versus qualescunque subjecit.

PSEUDONYMUS, *Anonymi* suo loco laudati frater germanus. Scripta ejus pariter sunt sane plurima, e quibus unum alterumve addere libet. I. Leucoleon: Galamelite/ oder allerhand keusche Lust und Liebes-Lieder. Franckf. 8/71. Nihil hic neque castum, neque venustum, neque amabile offendas. II. Lilidor: Vermischter Gedichte Krantz. Nürnb. 8/82. Castissimus omnium, quos viderim, Pegnesiorum, quique ineptias istiusmodi canoras fere pertæsus suavius omnino poetatur. III. Filidor/ der Dorfferer: Geharnischte *Venus*, oder/ Liebes Lieder in Kriege gedichtet/ mit neuen Gesangweisen ꝛc. nebenst etlichen Sinnreden der Liebe. Hamburg. 12/60. Annexuit etiam XVIII. *Madrigalia.* Victrices lauros cum hedera conjungendo, *Ennium* videtur imitari voluisse; cum quo tamen nihil perinde commune habet, quam Archaismos.

ſmos. Pro mollitie enim illa, quæ Erotica hujusmodi ſcripta vel maxime commendantur, duritiem offendes, dictionem hiulcam, &, Virgilianæ pecudis inſtar, vix oſſibus hærentem, nec eo ſecius tamen paſſim laſcivientem; idque vel ipſius libelli verſus extremi prodere videntur.

Der Kato nennt es Zoten/
Was ich bißher geſetzt.
Wer iſt denn ie geweſen/
Der ihn es zwang zu leſen?
Wem dieſes nicht ergetzt/
Dehm hab ichs ja verboten.

IV. HYPHANTES, verum ejus nomen, ni fallimur, eſt Weber: Ex ordine prodiit Cygneo, ut vel e cantu in Poetiſchen Muſen/ Hamb. 12/61. noſcitur, cujus & facilitate & ſuavitate non paucos ſui temporis ordinisque Olores antecellit. V. Salemyndonis: Der Frygier Aeneas/ wie er nach ſchmertz-entfündlichen Ableben ſeiner edlen Kreuſen/ Entſchlagung der trübſäligen Dido, mit der huldreichen Lavinie beſeliget/ izzo bey der Libſäligſten Deutſchinne in beruheter Annehmligkeit befriediget worden. Stargard/ 12. Nauſeam ſtatim movet λοξόγραφος iſthæc ὀρθογραφία. Maximam quoque partem oratione proſa conſtat iſte libellus. VI. Sur-Haupt: Poetiſche Schertz-Grillen/ 12/ 68. Belle ſatis jocatur hic Grylli filius, nucesque ac ſtyli flores paſſim inſpergit.

Q

Ne extorris plane ſit, neu, hæc litera, quod ſuccenſeat aliis, habeat, ipſam nomine ſuo repræſentare dignetur

Quirsfeld/ (Joh.) *V.D.M. apud Pirnenſes*, quippe qui has etiam Muſas in *Meditationibus* ſuis ſacris paſſim, nec infeliciter adeo, tentavit.

R

RACHELIUS, *(Ioach.) Londino-Scanienſ. Nordinenſ. Rector Oſtfriſiæ*, ſcripſit Satyriſche Gedichte/ quorum mihi ſuppetit editio recuſa, 8, 77. aucta Satyris VII. & VIII. Nobile hoc carminum eſt genus, &, ſi juſtos intra limites conſiſtat, neceſſarium quoque. Perverſa ſemper ſecula, perverſus ſeculorum genius, veritatem, quæ odium parit, perpeti neſcius. Qui enim Byzeni libertate uſus, ut proverbium habet, de plauſtro loquitur, ſacer homo judicatur vulgo, tantum non omnia omnium in ſe ſpicula converſurus. Liberi dicuntur Poetæ, ſed & horum libertas odio cuidam Vatiniano eſt expoſita. Noſter vero Satyricus, de his omnibus parum ſollicitus, ſale mordaci ætatis noſtræ vitia perfricat, Satyrasque ad Latinorum fere rationem ſcribere primus eſt aggreſſus.

Ense velut stricto quoties (Rachelius) ardens
Infremuit, rubet auditor, cuifrigida mens est,
Carminibus, tacita sudant præcordia culpa.

Satyram I. e Simonidis de mulieribus fragmento superstite, IV. e Iuvenalis XIV. V. e Persii IV. VI. e Iuvenalis X. transtulit. Verborum phaleras prope negligens Noster, Schematum tamen frequentia pondus, proverbiorum elegantia, quæ in ejusmodi argumento utramque fere paginam facit, dignitatem addit orationi. Dicteria, Dithmarsa prolata dialecto, ipse excusat. Ultimi Satyræ ultimæ versus Satyricis probis loco velut Palladii erunt adversus Sycophantatum cavillationes:

Ein Frommer eifert nicht/ sein Hertz das spricht ihn loß.
Wer schuldig ist/ der spricht und giebt sich selber bloß.
Wen sein Gewissen beist mag seine Thorheit hassen.
Hab ich den Geck erzürnt/ ich kan es noch nicht lassen.
Ich biete Recht und Trutz dem/der mir solches wehrt.
Wer Laster strafft/ der hat die Tugend recht gelehrt.

Elegantes quoque sunt paginæ, quibus titulum fecit, Christl. Glaubens-Unterricht/ oder Gespräche zwischen Vater und Sohn/ mehrentheils aus dem Lateinischen *Hug. Grotii.* Pirna/12/91 recusæ.

Rauner/ (*M. Narciss.*) *Collegii Evang. Augustani Ephor.* P.L.C. Dictione communi, sacra tamen, vulgavit Heilige Christ-Freud / oder / Geistlich Reim-Gebünde über die Apostolischen Episteln und heiligen Send-Schreiben/ so des Jahrs über an Sonn- und Festtagen 2c. abgelesen werden. Augstburg 12/87.

Rebmann/ (Rudolf) Poetisches Gast-Mahl/ 8/20. apparavit. Quas tamen epulas vix crediderimus ad palatum fore delicatiorum hospitum seu Poetarum.

REICCEUS, (*Ioh.*) Pindum ascensurus lamentatione ipsum implevit. Edidit enim Klage über das hochelende nun viel Jahr hero wärende Kriegswesen über Deutschland. Wittenb. 4/48. Audi ipsum hominem plangentem indignantemque:

O loser Mars! wilst du denn wagen
Noch länger Christi Hauß zu plagen
Und ängsten seine Gliedemaß?
Hör auf/ und thu mit deinen Eysen
Hin zu den wilden Scythen reysen/
Und bleib alldar ohn Unterlaß.

Iam mœsta quiesce querela,
at, hac cessante, electrum pro lacrymis fundant Musæ.

Richter/

Richter/(Christoph) *Boswin.* Commandare se voluit Carmine juvenili, eoq; commendatitio, Lob der Tuchmacher 4/63. inscripto. Totus in eo est occupatus, ut evincat a pannificio longe multumque superari, quicquid ceterorum est opificiorum; propterea, quod tantum non omnes homines vestibus e banno confectis induti vitam degant. Scilicet acu rem tangit, neque linteis deinceps indumentis, hoc *judice* vate, fuerit opus: qui tamen, si vel semel per omnem vitam indusium gestasse, aut germanus videri voluit Germanus, Germanorum illud: Das Hembde ist mir näher als der Rock; non poterat non meminisse. Quo sane proverbio non dubie dubiam ipsi palmam facient Textores. Ipsam carminis texturam e pannis dijudicare liceat: Quorum longe optimi apud nos habentur Anglicani; quibus politicorum Poemata Poetarum liceat comparare: Reichenbachensis vero iste, Flöckle-Tuch vulgo dictus, flocci solet æstimari; nec aliter sese panuceum hoc Nostri Carmen habere videtur; cujus quidem Textor actum non egisset, si hanc omnem telam haud gravatim retexere voluisset.

Richter/(Gottfr.) *Silesius*, Silesium quoque Poetam se præstitit in *Poemate* hujus tituli: Dem Herrn der Heerscharen wegen dem Vaterlande wiederfahrnen Engel-Schutzes überreichtes Lob-Opfer. Wittenb. 4/49.

Richter/(Joh. Georg.) Poeta invitiis etiam in Musis esse voluit, *Dramata* quædam, in theatro Dresdensi acta, versibus vernaculis, iisque jejunis admodum strigosisque proponens.

Richter/(Tobias) *Meditationes B. Gerhardi* numeris adstrinxit Germanicis, ediditque *Lipsiæ* 8, 90. quas vel sola *B. Felleri Præfatio*, bonæ quidem frugis plena, commendat. Quin & ipse *Richterus* noster jure quodam de se prædicare queat:

Est Deus in nobis, sunt & commercia cæli.

Riemer/(Joh.) *P. P. quondam illustris Gymn. Leucop.* nunc autem *Doctor Theologus, & Antistes Hildesiensis:* Vates utique eximius, & cui nunquam spiritus & anima Poeseos deficere videntur. Adeo nunquam & nusquam non excellit, ipsamque gravitatem singulari quadam suavitate condit. Complura *Scriptis* suis editis specimina inseruit, plurima tamen in Schatzmeister/Leipz. 8/81; ubi *Index Poeticus* iis, quibus aqua in rhythmis inveniendis hæret, valde est opportunus. Vena etiam Nostri in Gleichniß-Reden/4/94. uberrime manavit.

Rinckart/(M. Martin) *Sacerdos Ileburg. in Misn.* doctus perinde ac pius: multornm Poeta Poematum; artis tamen ac elegantiæ non multæ. Ejus scripta possumus enumerare seqq: Die Meißnische Thränen Saat. 12/37. des Irrdischen und Himmlischen Salomons hochweiser Prediger. 12/37. Leibliche/ Geistliche/ und Himmlische Braut-

Meße. Leipz 12/42. der Deutsche David/ und sein überbezoardisches Gifft-Treiber Lied/ der XCI. Psalm/ & alia non obsimilis argumenti Leipz 12. Dißcurs und Durchgang von Deutschen Versen/Leipz 8/45. Kirchen-Jubel-Jahr/ Wohlthaten-Gedenck-Ring/ und große Catechismus-Freude Leipz 8/45. Zehenfacher Biblischer und Kirchen-Historischer Local und Gedenck-Ring/oder Gedenck-Circul/Leipz 8. adde *Monetarium Seditiosum*, oder Tragödie und Thomas Müntzern. Leipz. 8/25. Autorem agnoscit *Rinchardum* nostrum Hymnus ille maxime decantatus pariter ac decantandus: Nun dancket alle Gott 2c.

Rist/(Joh.) *Ecclesiast. Wedelens. ad Albim*, Ordinis vero Cygnei Auctor statorque. De quo Viro tanto minus verborum sumus facturi, quanto majoribus pluribusque hunc elogiis, nescio quo jure, quave injuria, plerique omnes ornarunt, an onerarunt? Cumque multum ipsi a multis deferatur, tum vero si recte omnia pensites, longe rem aliter se habere manifesto deprehendes, quando neque dictionis castitas, neque structuræ concinnitas, neque ipsi postremo spiritus ac nervi usquequaque numeros implent, etiam in odis sacris, quas tamen vulgo ad cœlum laudibus extollunt: nobis vero constat exploratumque est, optimas quasque Patrum Ecclesiæ veteris, atque in iis maxime *D. Augustini*, Meditationibus vitam spiritumque debere. Plura de *Ristio* in præsentiarum addere, merito veremur. Ceterum Scripta ipsius hæc fere sunt: *Musa Teutonica*. 8,40. Krieges-und Friedens-Spiegel. Hamb. 4/40. Poetischer Lust-Garten. Hamb. 8/38. Der Leidende Jesus. 12/55. Catechismus-Andachten/ 8/56. Poetischer Schauplatz. Teutscher Parnaßus 12/52. Musicalische Creutz-Schule/8/59. Musicalisch Seelen-Paradieß 8/60. Himmlische-Sonderbahre-Sabbaths-Fest-Hauß-Lieder/ & alia, forma diversa, diversisque annis *Lunæburgi* per *Fratres Stellatos* semel iterumque nitide sunt recusa. Addatur *Capita in Spavento*, oder *Rodomanrades Esspagnolles*, e Gallico translatæ. Sub nomine Daphnis aus Cimbern prostant ejus Galathee/8/46. Florabelle/8/44. & 60. editæ, &c.

Ritsch/ *(Gregor.) Typogr. Lips.* Varia scripsit, preloque tum suo, tum aliorum subjecit Carmina, e quibus visa nobis indicabimus præcipua: Das bedrängte Leipzig/ 1631. Fastnachts-Betrachtung/ sammt einen schönen Lied zur Faßnacht. 1621. Die beste Hofnung Frommer Christen. 1627. omnia in forma ord. 4ti. Venam certe nondum a lacunis rhythmorum obsoletorum repurgasse videtur. e. c.

Führt euern Wandel hie mit Furchtn/
Und wißet daß ihr seyd mit nichtn
Erlöst durch Silber oder Gold
Von eurem Schandlebn mannichfalt.

Cla-

Clariorem utique venam rupit Filius
Ritsch/ (Timoth.) cujus nos perlustravimus Jac. Catsens der deutschen Jungfer-Marckt. Ejusdem quoque Spanische Ziegeunerin. 4/56.

RIVINUS, *(M. Andr.)* alias Bachmann/ Med. D. & *P. P. Lips.* celeberrimæ *Filiorum Trigæ*, quam Lipsia hactenus venerata est, celebris & ipse felixque Pater. Poeta in Latinis mire ingeniosus, Gallica quoque, Italica, Hispanica, &c. tentavit; bonus etiam, si inventiones potius, quam elocutionem spectes, in Germanicis, nemini non ad stomachum futuris, qui facetiis delectatur. Sic judicamus ex *Cœlo Terrestri Poetico, Lipsiæ.* 31. edito: ubi in primis Latiæ promicant stellæ. Libellum An · · haltet am Gebeth/ inscriptum, *Ernestus Princ. Anhalt.* sibi vendicat, a *Rivino* tamen editum cum versione Latina, *Lips.* 12, 35 Subnexi sunt *B. Anshelmi Rhythmi*, ab ipsomet *Rivino* Germanice conversi.

Roberthin/ (Robert.) Poeta Prussus, cujus *Odæ* quædam faciles & comte in *H. Alberti* Lust-Wäldlein/ sæpe laudato, comparent.

Röling/ (Joh.) *Hols. P. P. Regiomont.* Cujus *Hymnos sacros* ab Laudatissimo *Morhofio* laudari sat est.

Römpler/ item Rümpler von Löwenhalt/ (Esaias) Hujus perambulavimus Reim-Gedichte Erstes Gebüsche. Straßb. 4/43. Sed scopis dissolutis omnia hic sunt plena; & istis in fructicibus offenduntur ubique & offendunt dumeta humilesque myricæ. Præmium saltem aggredi non pigebit:

Ich bring/ Hoch-Währte Herrn! den Vorlauf meiner Trauben/
So niemahls noch gevihlt/ wie starck die Khälter-Schrauben.
Nemt solche frische Läb; sie ist der Musen Kost/
Der Helikonisch Herbst/ der Hihpocrenisch Most
Von näuem Reben-Baum/ den Phöbus erst erfunden
Bei wenig Jaren her: ich hoff/ er soll euch munden ꝛc.

Euge vero musteum Poetam, ac vel de Spineto suo legentem uvas! Unum vereor, ne Ganymede hic aliquo sit opus, qui nova hæc vitis munera ab Nostro seu Bacho, seu, ut ipse quidem vult videri, Phœbo, nuper demum reperta, verbis exornet: qui vinam, inquam, hornum illud, meracum edentulum, ut matre natum, torcular nescio quod redolens, denique plusquam musteum, Musis commendet nostris, huic potus generi nondum assvetis. Vino tamen vendibili quid opus hedera suspensa, aut ipso Ganymede? Equidem mihi temperare non possum, quin unum ad huc Lectori non abstemio haustulum propinem:

Wie groß ist Gottes Gütigkeit/
Die sich in diese Wält ausbreytt
Mit weißen Wunder-Thaten!

Er

Er ist der Himmel und die Erd/
Und was man siehet oder hört/
In allen wolgerathen:
Sonne/
Monne/
Sammt den Sternen/
Seyn von fernen
Unsre Khärtzen/
Sie erfreuen Aug-und Härtzen rc.

Rosenthal/(Dorothea Eleonora von) oratione utraque, vincta & numeris soluta exposuit Poetische Gedancken/ Breßl. 8/ 41. *Rosarum* hæc *Vallis* adeo non rosas redolet Milesias, ut cynorrhodis quoque fœcunda esse possit videri. Profecto huc parum quadrat *distichon Golavi* supra laudatum:

Wenn Weiber Reime schreiben/ ist doppelt ihre Zier/
Denn ihres Mundes Rose bringt nichts als Rosen für.

Rotth/(M. Albrecht Christian) *Gymn. Halens. Sax.* olim *ConRector*, tum Ecclesiæ ibidem *ad S. Ulricum Diaconus primarius*, nunc vero *Lipsiæ ad S. Thom.* munere sacro meritissime fungens, Vir ingenio, doctrina, vitæ morumque exemplo æque præstans. Præterquam vero, quod multa bono juventutis edidit opera, Poesin quoque nostram locupletare non est dedignatus, exhibendo Vollständige Teutsche Poesie. Leipz. 8/ 88. Quæ certe cum *CL. Weisii* Curiösen Gedancken von Teutschen Versen/ ceteris Prosodographis omnibus palmam præripere videtur. Invenimus utique in illa Nostri Poetica, quæ alibi frustra quidem indagamus; adeo lecta placet, repetita decies placebit, ad imitationem revocata juvabit.

Rottern/ (Sigmund von) *Centurio.* Exposuit Poetisirende Andachts-Gedancken/ simplices quidem illas, sed pias. Ejusdem quoque libellus extat, Hilligen Schnee dictus, qui tamen ecquid ad nostrum pertineat institutum, ignoramus.

Rühlmann/ (Andr.) Conflavit, repugnantibus utique Musis Veneribusque, Streit der Ehr und Liebe. Hamb. 8/63. Dictio certe jejuna est, & inæqualis; versus parum concordant; sæpe etiam unius ejusdemque hymni carminisve genus mutatur; totus denique liber, me quidem judice, judicio valde medioeri est consarcinatus.

S.

SACER, (Gottfr. Wilh.) *Numburg. Misn.* I. U D. Edidit libellum, exiguum quidem, frugis tamen haud exiguæ plenum: Nützliche Erinnerungen wegen der Teutschen Poeterey. Alt-Stettin/ 8/ 61. Asterisco

risco notare licet § 41. Ein Poet sol ihm angelegen seyn lassen/ daß er seine Worte in feiner natürlichen Ordnung vorbringe/ nicht verwechselt/ als/ es ist unrecht:

Ob schon die Feder er wegwarf.

Et *Flemmingum* notat scribentem:

Und giebt uns Zeit zum Bunde
Den wir hier richten auf.

Dieses verstellet absonderlich einen Vers übel/ und macht ihn klötzig. Quamvis autem regulæ huic aureæ, a se præscriptæ, parum accurate inhæreat, ipse *Sacer* noster; verissima tamen isthæc, & quasi palmaria debet esse omnibus poetaturis, ita ut nullam prorsus verborum structuram orationi vinctæ immisceant, quin eadem & locum habeat in prosa. Atque hoc ipsum sane est, quod CL. *Weisius* urget inprimis, hoc est, quod inprimis feliciter præstat; aliis quidem Patrocinio frustra Grajorum & Quiritum abusuris, quippe quorum & Lingua & indoles Linguæ in sermone quoque soluto admittit non pauca, quæ in nostra illa minime omnium quadrant. Ceterum Noster ἀνωνύμως etiam hymnos sacros, der Bluttriefende/ Siegende und Triumphirende JESUS inscriptos, publicavit.

SAGITTARIUS, (*M. Paul. Martin.*) *Rect. Altenburg.* Beschreibung der ersten Gregorius-Feyre/ welche in unterschiedenen Aufzügen in der Fürstlichen Sächsischen Residentz-Stadt Altenburg den 8. Junii des 1670sten Jahres ꝛc. Quod Poema, qui ab ore *Sagittarii* pependere, elaborarunt.

SCHÆVIUS, (*Henr.*) *Kilon. Rector tandem Thorun.* Vir in ceteris longe doctissimus, in Poesi vero patria parum præstans excogitavit notos istos *Rhythmos Hepaticos*, Leber-Reime/ qui ridicule ac minus congrue consui solent. E g.

1.

Die Leber ist vom Hecht/ und nicht von einem Hasen/
Mich wird mein feines Lieb hoffentlich nicht verlassen.

2.

Die Leber ist vom Hecht/ und nicht von einem Hahn/
Heut wil ich wohlgemuth zu meiner Hertz-Liebsten gahn.

3.

Die Leber ist vom Hecht/ und nicht von einer Elster/
Mein Bruder ist mir lieb/ und lieber noch die Schwester.

4.

Die Leber ist vom Hecht/ und nicht von einer Kuh/
Deckt doch den Bräutigam und Braut fein warme zu.

5.

Die Leber ist vom Hecht/ und nicht von einer Ganß.
Die Magd heist Ursula/ der Hauß-Knecht aber Hanß.

6.

Die Leber ist vom Hecht/ und nicht von einem Schweine.
Denn Marilis bleibt mein/ und Dorilis die Deine.

At

Turpe est, difficiles habere nugas,
Et stultus labor est ineptiarum.

Schein/ (Joh. Herm.) *Grunhayn. Direct. Mus. Lips.* Ordini Poetarum quoque ascribendus videtur. *Odæ* ipsius *Sacræ* sunt variæ, quarum pars major in ejus *Cantionali*, quod vocat, *Lipsiæ* 8, 17. publicato, extat. Quas cecinit *Sylvas*, Wald Lieder / Dreßd. 4/ 43. & *Bucolica*, Hirten-Lust/ 4/50. canoræ sunt nugæ. Dictio in ipsis (moduli enim Musici nihil ad nos) hirsuta, incondita, sylvestris. E. c.

Ach Filli Schäfrin zart/
Wer ich eins deiner Schäfelein/
Würd ich nach Hirten Art
Dir besser angelegen seyn:
Abr so thust du mich allweg meiden/
Das bringt mir unaussprechlich Leiden.
Ach Filli Lobesan/
Wer ich ein grünes Bäumelein/
Würdst du dich zu mir nahn/
Unte meinem Schatten schlafen ein:
Abr so ich schlafen muß alleine/
Deßwegen seufze klag und weine.

Schelwig/ (Sam.) edidit Entwurf der Lehrmäßigen Anweisung zur Teutschen Dicht-Kunst. Wittenb. 12/71.

Scherfer/ (Wentzel) *Siles.* Reddidit Germanice *Frid. Dedekindi Grobianum Brigæ*, 8, 40. editum: quo in argumento facetior faciliorque dictio desideratur. Acutiorem se tamen hic gessisse videtur, quam in Leich-Gesängen und Grab-Schrifften/ Brieg/ 8/ 46 Ubi Silesius noster nil Silesii exerit vigoris, multum verborum, artificii non multum, judicii parum. Tantum pauca, si licet, libare libet ex p. 47 ubi febriculose nimis, ac pæne etiam ridicule in mortem invehitur *Wenzelius* noster;

Ach wie vergebens ist/ O Tod/ du Streckebein
Umb deine Würgerey Unwill: und brämstig seyn
Du Würger General! hettstu dergleichen Ohren/
Die böse Worte nur vermöchten durchzubohren

(Mit

(Mit guten hielt ich inn) du soltest wohl erfahrn/
Ich wolte meines Theils gewißlich dir nicht sparn/
Du tauber Wüterich ꝛc.

Spissum tandem volumen rhythmis suis graveolentibus (venia quæso sit verbo, quam *Vinc.* quoque *Fabricius* invenit) concacavit, eorumque fecit epigraphen: Geist-und Weltliche Gedichte. Brieg. 8/52. Et vero nescio sane, an paupertatis suæ poeticæ nescius, sibimet ipsi sub persona Chœrili *Epigramma, Lib. X. p. 672.* imprudenter posuerit. Ita vero illud jacet ibidem:

König *Alexander* und der Poete *Chœrilus*.

Chœrilus und *Alexander*
Schlossen also miteinander:
Jener wolte Verse dichten
Dieser aber solte richten/
Und vor iedes *Verses* hincken/
Mit geballter Faust ihm wincken.

(at enim talitra accepit.)

Solte man auch dieser Tagen
Böser Dichter Maul zuschlagen!
O so würd' umb ein Gedichte
Manchem sein gantz Angesichte/
Braun: und Blau es so durchrennen/
Daß man kaum ihn würde kennen.

Ejusdem argumentum Epigrammatis invenies, pag. 670. Atqui boni quoddam commatis apponamus:

Auf einem Diebischen Krieger.

Du warst dem Krebes gleich im Kürißirer Orden:
Dein Küris ist nun weg/ du bist ein Mauser worden.

Schernack/ (*M. Mich.*) *Marchus, Sacerd. Wittenb.* Extruxit Siebenfache Welt-und Himmels-Capelle/ darein gesungen werden/ Welt- und Himmel-Lieder. Wittenb. 12/74. Sensus hymnorum plani sunt ac germani.

Schirmer/ (David) *Freiberg. Misn. S. R. El. Sax. a Bibliothecis.* Vertit Heinr. Freders von Dantzig lustige Frage: Ob ein Mann sein Ehe-Weib zu schlagen berechtiget? Dreßd. 8/56. ubi versiculi crebro immisti. Sevit etiam Rosen-Gebüsche. 8/53. iterumque auctius 8/57. Rauten-Gepüsche/ Dreßd. 8/63. Cecinit præterea Lob-Gesang von JEsu Christo/ dem einigen und ewigen Sohne Gottes. Leipz. 8/59 & Dreßd. 8/65. JEsu Christi Triumph / so den Römischen übertroffen / denen Freybergern aber geholffen. Freyb. 4. Ejusdem *Odæ* prostant plurimæ

Modulis Musicis exornatæ sub titulo: Singende Rosen. Dreßd. Fol. 54. Floridus Poeta *Schirmerus* est, cujus tamen flores ætate illa delectarunt magis, quam tempore præsenti, quod paulo delicatiore est palato. Duricies ex carminum generibus quibusdam, quæ suo sibi more quodam effinxit, valde oritur ingrata *Rosarum* folia verbis ut plurimum picta, raro colorata rebus. In *Rutaceis* tamen illis socco incedit ornatiore. Ut nihil obstare videatur, quamobrem optimos inter Poetas referatur, locoque & numero sit aliquo in felici illa Poetarum insula, quam *Vine Fabricius Aprositum* finxit in *Pranso Parato*, Latinis quidem ea fere, propria at Germanicis haud prorsus deneganda. Illud vero Nostro accepimus fuisse peculiare, ut nunquam ad carmina proclivem sentiret Musam, ni hostia quidem Nicotiana Deam antea placasset. Ridicula res videri queat, vatibus tamen nostris fraudi non futura, quando is plerorumque genius est, ubi tum demum numeros habeant in numerato, si quibusdam velut irritamentis fuerint permulsi. *Et eruditissimi quoque* (verba sunt CL. *Muhlii* in *Præf. Convivii Erud.*) *quicum Musis mystarum more paulo familiarim conversantur, non semper hunc inpetum in numerato habent, & adnutum quasi Musas faventes. Sæpe dedignantur delicatulæ istæ filiorum amplexus, & horas suas, suas vices ille genius amat, sine quo omnia, si scribendi necessitas incidat, difficiliori etiam vena fluunt.* Sæpe nos sponte sua divinum illud œstrum extimulat, & furore quodam sacro implet, ut vel in lecto, non al ter ac in ipso bicipiti Parnasso, somniantes poetemur *Genius enim, Scaligero docente, quibusdam divinis ingeniis neque videtur neque auditur, sed se ipsum ita offert atque ingerit, ut sua luce retegat intellectiones rerum arcanarum, quas describant. Quapropter evenit sæpenumero, ut cum deferbuerit calor ille cœlestis in nobis, nosmet ipsi nostra illa vel admiremur vel non agnoscamus: aliqua etiam non intelligamus ad eam rationem, ad quam directa dictataque sunt ab illo.* (Vide laudatam *Muhlii Præfationem.*) Inter ea vero, quæ latentem intus evocare spiritum, venamque Poeticam irrigare valent, omnium confessione Poetarum principem jure locum tenet Vinum, Poetarum dictus ideo caballus, seu mavis, caballini liquor fontis Atqui hujus quanta sit vis, ut priscos taceamus & recentiores, exemplum loquetur *Petr. Pagani.* Qui cum in agro natus, ingenium nactus esset haud agreste, inter scyphos ac bene potus, vinoque jam concalescens, versus repente ac tam feliciter fundebat, ut, velut obice rupto, instar torrentis sese evolverent, omnesque adeo præsentes incredibili quadam perfunderent voluptate; prout ejus rei testis non futulis est *Otho Melander Iocoser. Lib. II. n. 37.* Idem pæne de *Eob. Hesso* aliisque apud *Melch. Adami* & alios memini legisse. Porro deficiente vino alii sufficiunt liquores. Vino

quidam adusto facile incalescunt, aliis Zythus arridet, nonnullis Coffi, Thea, Veronica, Chocolata, nova potandi & poetandi genera, placent; *Schirmero* autem nostro Nicotianum illud munus utramque fecit paginam, nil verenti, ne fumum, ut haurire, sic & vendere videretur. Ipsa etiam Musica, Poesi indissolubili quodam nexu devincta, motus spiritusque non segnes pleræq; Poetarum genti addere solet. Loci denique diversitas non parum huc facit, dum alii solitudine gaudent, alios ipsa celebritas, & ipse strepitus excitat juvatque. Me quidem judice, Poeticus genius tum demum ad numeros concinnatur, si antequam poetamur, melioris notæ Poetam qui id ipsum, quod nos, tractavit argumentum, evolvamus tantisper, dum sentiamus, fore, ut ejus lectione oratio nostra velut coloretur. Sed redeamus in gyrum.

Schirmer/ (M. Mich.) *Scholæ Freiberg. primum Rector, deinde Strignicens. ad Muldam Sacerdos.* Impar *Davidi* modo recenso. Tenui meditatus avena edidit Das Buch Jesu Sirach/ in allerhand Reim-Arthen Berlin/8/55 *Æneida* quoque *Virgilii* versibus Germanicis reddidit, Berl. 8/72. Ubi primo statim intuitu videt lector, quid *Michaëlis* nostri Germanici valeant humeri, quid ferre recusent. Obiter commonemus, seculo jam præterito laudatam *Æneida* rhythmis nostris ab *Anonymo* conversam esse, recusam *Ienæ*, 8, 1606. Sic autem incipit:

Ich der vormahls hab zugericht
Mit groben Gsang ein schlecht Gedicht
Darnach bald aus den Wäldern gieng/
Und mich des Feld-Baus unterfing/
Damit es Frucht brächt nach der Schwer
Wie getzig schon sein Baumann wär/
Ein angenem Werck den Acker-Leuten:
Sing nun von Stürmen und von Streiten
Und bschreib die Waffen und den Mann
Des/ der von Troj der erst entran ꝛc.

Ecce Mævium! Bavium autem legisse quoq; ne te pœniteat, Lector jucunde. Sistimus tibi vero *M. Ioh. Sprengium, N. C. P. & Civem Augustanum*, qui itidem ævo superiori *Metaphrasin Virgilianam* edidit, recusam *Francof.* 4, 29. Idem *Ovidii Metamorphosin* forma horrida immutavit. Idem *Palingenium* quoque in rhythmis Germanicis ita transfudit, an confudit? ut ejusmodi παλιγγενεσίαν ipse, si reviviscerer, sit deprecaturus. Emersit Laugingen/8/599. Ipsum denique *Homerum* qui antehac tantum non omnibus cœcus videbatur, adeo reddidit oculatum, ut omnibus, velint nolint, Musis Ocellus Homeri debeat audire. Illuxit *Aug. Vindel.* fol. 1610. *Ilias* nempe, cui etiam *Æneis Virgilii* est adjuncta.

 Ovum

Ovum vero corvi hujus videamus. Sic incipit *Iliad α.* Argumentum.

Als für die Schiff der Griechen kam/
Der Priester Chryses Lobesam ꝛc.

At quo vehimur? quibus distinemur nugis? ad scopum revertamur.

Schmidt/ (M. Joh. Isaac.) rauca nimis voce cecinit Lob-Gesang des Kriegs-Gottes/ in quo vestigia legens *Opitii Hymni* ipsius *de Marte* seu compendium seu dispendium & chartæ & temporis fecit.

Schmidt/ (Joh. Rud.) Parum affabre fabricatus est Hochzeitliches Schäfer-Gespräch/ des Durchl. Fürsten und Herrn Herrn Leopold Ertz-Hertzog zu Oesterreich/ mit Claudia de Medices, Witbe/ Fürstin in Toscana und Hertzogin in Urbin. Itzo im Druck zu Wien in Oesterreich durch Gregor Gelbhaar/4/26. Austriaca, seu, quod idem, in condita sunt omnia. Audiamus tamen anserem hunc Capitolinum:

Phœbus, warumb kömst du nit/ und treibst die Nacht davon/
Hat vielleicht *Iupiter* die Gstalt *Amphitrion*
Das sich die Nacht vermehrt/ hofft gwiß ein neue Gnad/
Oder für ihren Wagn noch hätte gern ein Rad. ꝛc.

Schmidichen/(M. Christian) *Zittav.* Christiane cecinit Die Wunder Geburth Jesu Christi/wahren Gott und Menschen. Leipz. 4/60.

Schnäuber/ (Joh. Matth.) Edidit Teutsche Gedichte I. Theil/ 8/44. II. Theil/ 8/56.

Sunt mala mixta bonis, sunt bona mixta malis.

Schneider/ (M. *Michael*) *Bitterfeld.* magnus magni *Buchneri* discipulus, *Prof. Moral. Wittenb.* Vir nullius prope linguæ, nullarumque expers literarum, sed mature nimis orbi literato ereptus. Poeta certe Germanicus nomine haud uno collaudandus, & profecto, si cultius hoc nostræ Poeseos tempus attigisset, cultissimis quibusq; annumerandus. Id solum in eo licebit animadvertere, ipsum, ut erat præcipuus antiquorum amator, Poetas Latinos Græcosque plus æquo sectantem, gentilium fabulis interdum abuti, rebusque sacris hinc aspergere manu pleniore, quam virum summæ in Deum pietatis plenum addecebat. Nihilominus optandum esset, Poemata ejus uno volumine comprehensa extare. Quæ superant, hæc fere sunt: *Prudentii* Lob-Gesang des/ den Weisen aus Morgen-Land durch den Wunder-Stern geoffenbahrten neuen Königes. Jehna 4/32. Lob-Gesang Jesu Christi samt beygefügten Auslegungen etlicher Oerther/ Wittenb. 4/36. Etliche Stücke/ mehrentheils aus Frantzöscher/ Holländischer und Lateinischer/ wie auch Griegischer Poesie/ genommen. Wittenb. 4/37. Ad manus quoq; est *Oda Consolatoria* sat prolixa, satisque elegans ad *Sophiam Barwasseriam, D. Hülsemanni* conjugem, ob filium unicum *Eucharium* acerbe defunctum, 1637.

Schnurr/(Balth.) *Lendsiedel. Sacerdos Ambüh ag.* Poeta non heri quidem aut nudius tertius natus, nobis tamen hoc loco susq; deque non habendus. E *Schonai Terentio Christiano* rhythmis ridiculis donavit, publicæque luci exposuit *Pseudostratiotam*, 8, 1607. Interpolavit porro Ein schönes Gedicht/ der Ameisen und Mucken-Krieg. Straßb. 8/1612. Foetum ipsum enixus est *Hans Christoph Fuchs*, Senior in Wallenburg und Arnschwang/ Eques Francus: quem rogatu Pædagogi cujusdam *Dan. Mül.* sustulit noster. Præfixi enim sunt rhythmi *Mülleri* istius sequentes:

Herr Balthasar das Büchlein klein/
Lasset euch anbefohlen seyn.
Seht daß ihrs geben in den Druck/
Thut darzu euer Gaben Schmuck 2c.

Schoch/(Joh. Georg.) *Lips.* in Fructifera Der Grünende. Floridus utique Poeta & castus. Nihil obscœni in amatoriis, futile nihil aut scurrile in jocis deprehenditur, sic ut ipsa quoq; durities compositionis, si qua sit, emolliri videatur. Sevit Weyrauchs-Baum und Sonnen-Blume Leipz 4/56. Convertit Ovidianische Verwandlungs-Beschreibung. 8/58. Adornavit etiam Poetischen Lust-und Blumen-Garthen. Leipz. 12/60. ubi & Liebes-Sonnette/ seorsim antea edita, conspiciuntur. Complura quoque ipsius Carmina hinc inde dispersa, nomina ridicula præ se ferunt, v. g. Matz Steif. Ein Lerchen-Fänger In Groß-Schocher. 2c.

Schönborn/(Hanß Christoph von) *Odam e Baldi Lyr. III.* Germanice reddidit, quam *A. Gryphius* inseruit Kirch-Hofs-Gedancken/p. 505. Adeo numerosa est, ut facile dubites, numquid in *Baldo* plus ingenii, an vero nitoris in *Schönbornio* debeas laudare.

Scholtze/(Friedr.) alias *Scultetus*. ad nos pervenit ejus Beschwerlicher Müßigang/ Poetisch entworffen und auffgesetzt. Breßlau. 4/44. Otium haud negotiosum, sed, ut ipse vocat, tædiosum, vitiisque non carens, nec nisi otiosorum lectioni relinquendum.

SCHOTTELIUS, *(Iustus Georg.)* I. U. D. In Soc. Fructif. Der Suchende. Varro Germanicus a multis appellatus, sed si scapham scapham vocare licet, *Schottelium* pari jure κεκλικώτερον justo molesteque operosum licebit appellare. Omnem quidem movet lapidem, quæsiturus, quinam in lingua nostra lateant thesauri, pro quibus tamen haud raro carbones invenit venditatque. Versus quidem ipsius tanti certe non sunt, quanti fere vulgo æstimantur. Cui sententiæ nostræ facile subscribet Lector cordatus, si evolverit ejus *Lamentationem Germaniæ exspirantis*, Der nunmehr hinsterbenden Nymphe Germaniæ elendeste Todes-Klage. Braunschw. 4/40. Fruchtbringender Lust-Garten Geistl. und

Weltl.

Weltl. Gedichte Wolfenb. 47. Teutsche Vers-oder Reim-Kunst/ Franckf. 8/5?. Teutscher Sprache Einleitung/ Lübeck/8/43. Majorem autem exinde præstitit operam in opere magni laboris, Teutsche Sprach-Kunst. 4/ 63. JEsu Christi Nahmens-Ehr. Wolfenb. 8/68. Sunt vero *Emblemata* versibus illustrata. *Concordiam seu Harmoniam IV. Evangelistarum.* Braunschw. 8/75. Vorstellung des Jüngsten Gerichts. Braunschw. 8/74. Vorstellung der Ewigen Seeligkeit. 8/73. Vorstellung der Hölle. Wolfenb. 8/ 76. Et si qua restant alia.

Schreiber/(Georg. Heinr.) Hujus ex ingenio propullularunt Neu-ausgeschlagene Liebes und Frühlings-Knospen. Franckf. 8/64. Odæ sunt amatoriæ numeris musicis vinctæ. Ceterum verniles nimium & juveniles

Schubarth/(Christoph) *Chirurgus Halensis*, nemini secundus, sed μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος faciens, spissa rhythmorum volumina constipavit, hospiti non moroso cuncta facile propinans, gloriolamque adeo non parvam sic aucupari sibi persuadet. Jam hæc nos pauca, quæ gangræna admodum laborant, producimus:

Dieweil Hall ist mein Vater-Land,
Es lieget an dem Saalen-Strand.
Hat vor diesen viel erlitten/
Krieg genung ausstehen müßen.
Vor diesen war Hall wie ein Gast-Hof/
Einer hinaus/ der andre nein zog.
Es war da groß Jammer-Ding.
Hat zwar eine große Mauer-Ring. etc.

Schultze/(Laur.) Der Kirchen GOttes zu Gardelegen *Pastor* und *Special Superintendens*. Lecta perspectaque nobis est illius *Ogdoas Prima*, d. i. die erste achte Zahl der vier und zwantzig vornehmsten Christlichen Glaubens-Glieder/ wie dieselbigen in Heil. Schrifft gegründet/ von rechtgläubigen Kirchen angenommen/ und von reinen Theologis erkläret seyn/ in VIII. Geistliche Lieder reiner Teutscher Sprache Schlechtsweise verschrencket/ mit anmuthigen Melodeyen versehen. Magdeb. 8/ 59. Titulum in libro quæsiveris, atque ipsas adeo Musas.

Schultze/(Sam.) *Con-Rect. Sorav.* Edidit Unterthänigste Liebes- und Lobes Thränen/ Budißin 8/ 92. Actus est Oratorius ac Poeticus in obitum *Christiani, Ducis Saxoniæ & Administratoris Episcop. Martisburg.* Ubi nec artem neq; illam dictionis animam desiderare queas.

Schultzius/ (Simon) *Thorun.* Publici juris ab ipso facta est *Centuria Epigrammatum e Martialis & Oweni libri selectorum, versibusque Germanicis redditorum. Dantisci, 8, 44.* Acumina tantum non ubique

bique exulant, neque selectum agere licebit in illa Centuria, quæ vix decadem continet Epigrammatum non malorum.

Schumann/ (Joh. Christian.) *Senator Dresdens.* pius perinde ac doctus edidit Sion und Heliconische Schrifften in ungebundener und gebundener Rede. Tom.II. Nürnb.8/88. Quæ sane scripta, sive Sionem scandas, sive Heliconem, & prosunt & delectant, simulque jucunda & idonea vitæ dicunt.

SCHUPPIUS, *(Ioh.Balth.) SS.Th.D. & Hamb.ad S. Iac. Pastor.* Qui *Schuppium* non novit, Virum eruditum & Satyricum non novit. Nostro sane Poetarum ordini lucem affundit Odas ipsius sacras, Morgen- und Abend-Lieder/ *Marpurgi* primo editas, *Tomo I. Operum* pag. 933. invenimus. Equidem de nitore exquisito parum sollicitus, solum respicit verborum pondus ac nervos sententiarum. Ita enim infit in præfatione : Ob das Wörtlein Und/ Die/ Das/ Der/ Ihr/ und dergleichen kurtz oder lang seyn/ daran ist mir und allen Musquetirern in Stade und Bremen wenig gelegen. Welcher Römischer Käyser/ ja welcher Apostel hat ein Gesetz geben/ daß man einer Sylben halben/ dem Opitio zu Gefallen/ solle einen guten Gedancken/einen guten Einfall fahren lassen?

Schwartze/ (Christian) Ejus Curiose Gedichte in Catalogo Nundinali, 1692. vidi, brevi, ut auguror, sumtibus *Ioh.Ad.Pleneri, Bibliop.Helmstad.* lucem visura.

Schwartzin/ (Sibilla) Hujus qui Poetriæ notitiam habere desiderat, eum ad *Morhofii* Unterricht p,638. ablegamus.

Schweinitz/ (David von) *Consiliar.Liegnizens.* cujus publice auditur Geistliche Hertzens-Harffe. Wettin/ 12/50. Breßl.8/94. Sunt & nobis ejusdem Todes-Gedancken/ Breßl 8/83. Carmina sacra sunt, in quibus tamen magis pietas, quam elegantia laudanda venit, judice Nob. *Haugwitio, in Præf. Prodromi sui.*

Schwemler/ (Herm.) *Colleda,* vulgo Kuh-Kölln/ *Thuring. Magno Gabrieli de la Gardie a Secretis, inde judicii Regii Suecici Kockenhusi Assessor, mox Nobilis creatus dictusque van Lossinon.* Ex *H. Witte Biograph.* discimus, ipsum *Poematum Lib.III.* scripsisse.

Schwieger/ (Jac.) Multa nobis dedit. Decerpsit Flüchtige Feld-Rosen. 12/53. item Adeliche Rosen/ Glückstadt 12/59. Exclusit Liebes-Grillen/ Hamb.12/56. Edidit Wandlungs-Lust/ welche in allerhand Anbindungs- Hochzeit Neu-Jahrs und Liebes-Schäfereien bestehet. Hamb.12/56. Auctor est der verlachten Venus. 12/59. Produxit Die Verführte Schäferin/ 12/60. Ingenium ad poetandi facilitatem proclive est, sed nescio quid in dictione affectet, quo poemata placeant minus.

SCRIVERIUS (*M. Ioach.*) Discipulus quidem *Buchneri*, non tamen Buchneriani heres cothurni, edidit Kurtzen Bericht von der Teutschen Reim-Kunst/ fere ex *Cæsii Helicone* descriptam. Altenburg 12/48. Levis opella est, & cujus subsidio vix levidense carmen componas. Improbandus potissimum §. 31. ubi hoc placitum: Etliche Composita lassen sich auch trennen. v. g. Du solt mercken auf. Casta enim σύνταξις, & qualis observatur etiam in prosa, esse debet.

Sebeg / (Joh. Jac.) Der Edlen Poesie Höchstobliegenden. Labor ejus est *Hortus cœli*, d. i. Himmlischer Lust Garten/ 4/ 63. Inamœnius hoc horto incultiusque nihil unquam vidi, & ille tamen Hortulanus Cœlestis nihil erubescit *Poeseos quam studiosissimum* se proclamare. Quos sacros aspergit flores, in Theologorum foro difficulter venditabit. Dumque Floram sibi parum propitiam est nactus, valde metuo, ne, ut olim Prophetæ *Cœlestes*, sic noster Poeta itidem *Cœlestis* veniat appellandus.

Seelinger / (Joach.) *Scholaco wald. Boemus*, exulirter. Evulgavit Gründliche Beschreibung / umb des reinen Worts Willen / von Mirisicau Deschenitz / und dessen ausgestandenen langwierigen schmertzlichen *Exilii* von 1620. biß auf itzt 1646. Jahr verfasset. Numerus mensura, &, nisi tot miseriæ pondus addant, pondus quoque abest.

Seidel / (Mart. Friedr.) Deutsche *Fama* über den am 4ten *Martius* zu Berlin gehaltenen Chur-Fürstl. Einzug. Quam certe *Famam* fama vix unquam buccinabit.

Seladon / v. Greflinger.

Serleck / (Joh. Eman.) Publicavit des HErrn JEsu Peinlichen Gerichts Proceß. Oetting 12/84. Piis affectibus non caret, germana tamen dictione & Misnica illa destituitur, seu vinctam spectes orationem seu liberiorem.

Seyfart / (M. Carol.) *Halensis Saxo*. In der Genossenschafft der Mühsame. Improbus *Laboriosi* hujus labor est Poetischer Glücks-Topf / Islebiæ, 8, 71. expositus. Miraris titulum? atqui dignum patella operculum dices, si recogitaveris, ut in τυχοβολαστηρίῳ confusæ jacent schedulæ globulique: sic in his etiam schedis nullum servari ordinem, sed reperiri tüchtige und nichtige Blätter (utor auctore ipso suorum interprete verborum) wohl und übelgerathene / lustig und traurige / gestrige und vorgestrige *Carmina*. A quo autem nitore commendanda sit *capsula* ista, equidem, ut sum hebes, perspicere nequeo: illud vero non obscure & ultro patet, inventionem tantum non ubique sterilem esse, ordinem sine ordine, elocutionem simplicem, dictionis denique universæ genus quoddam de fece vulgi haustum. Extrahamus;

quod faustum felixque sit, unum alterumve calculum, ut suo pariter calculo nobis ne desit B. Lector. (p 183.n 77.)

Das Trauren itzo hemmt das Uhrwerck meiner Sinnen/
Daß sie/ was würdig sey zu lesen nichts beginnen;
Ja nagt ich zweymahl schon mir gantz umb beyde Hand
Die kurtzen Nägel ab/ so käme mein Verstand
Zu keiner Hoheit itzt rc.

Quod si ea demum Nostri carmina sublimitate careant & dignitate, quæ, ut ipse vaticinatur, animo non scripsit sereno, cum perpetuis quibusdam nebulis densum habuisse, verosimile sit. Ecce! quid hac vice sors bona tulit? indignor profecto, & primo statim intuitu indignor, Sanctissimum DEI nomen incongruo cum titulo schedulæ inscriptum esse. Lege autem: (pag 407.)

Bist du Betler gleich veracht/ pflegest allen anzustincken/
Der getreue Bettel-Vogt selber GOtt dir schon wird wincken
In den reichen Armen Hoff rc.

Pergimus autem *urnæ* manum immittentes; at quid duximus? explicemus sorticulam:

Kroß und Groß ist einerley
Wanns zu Leipzig wird geredet/
Nicht hier wird die Sprach verödet/
Sondern bleibet wohl dabey
Kroß ist groß und groß ist kroß/
Geht es gleich auf Hieb und Stoß.

Vere, num vero attemperate dixit? Idioma enim nostrum scimus non bonum, Sexui inprimis sequiori familiare, e. g. Voggel pro Vogel/ Votten pro Boden/ Reggine pro Regine/ Kollen pro Kohlen. Sed mittamus hæc. Redeamus ad ψυφοπαίκτην nostrum. Euge bone vir, aperi *cistulam*; manum insero: bona sors, nihil aliud! Imo vero favit fortuna. En! (p. 143.)

So kom nun mein Lämchen/ mein Bämchen/ mein Schwämchen/
Mein Schäfchen/ mein Schläfgen darzu!
Mein alles du!
Kom kom doch mein Schwämchen zu dem das verwund!
Mein Bämchen in Mund/
Mein Lämchen gesund.
Zu aller Stund.

Hem vervecem ludionem! at satis est lusum. Placebunt fortasse nonnullis ipsius *LX. Ænigmata*, &, quos vocat, Stachel-Reime. Carmen, promissum quidem, carminatum tamen, inscriptumque, wunderliches

Jungfer-Leben/ sub titulo: Jungfer-*Anatomie*, seorsim aliquoties est recusum.

Sichelbarth/ (Theodor.) Edidit exigui pretii libellum, suo tamen pretio dignum, cujus vel titulus: Der Leidend- und sterbende JEsus/ 8/79. ad lectionem nos invitare debet. Placebit autem Oda;

Ihr Augen fliest von Thränen-Bächen/
Benetzt der blaßen Wangen-Feld.
Was nicht mein Mund vermag zu sprechen/
Das sey durch Zähren vorgestellt. rc.

Sieber/ (*M. Justus*) *Eccles. Scandaviensis.* In Carminibus quibusdam ipse se vocat Den Nieder-Sächsischen Sylvium / den Meißnischen Sylvium. Poemata ejus sparsim edita uno juncta volumine prodierunt hac epigraphe: Poetisirende Jugend. Dreßden/8/58. Porro Harffen-Psalme. Pirna/8/85. cui subnectuntur Geistliche Oden/ In scriniis adhuc reservantur *Odæ in Dominicas & Festa.* Poeta celebris, & *Augusto* illi *Buchnero* quondam charus, rerum verborumque copia redundans, ingenio vivido, eruditione non pœnitenda.

SIEGLERUS, (*Ludov. Magdeb. Ecclesiæ Parchem. Pastor. Disticha Latina super Evangelia Dominicalia & Festivalia, cum Germanica Explicatione interdum excurrente, Magdeb.* 8/68. edidit, annexuitque *Hymnum geminum* priorem *de Vanitate Mundi* sic incipientem:

Was ist doch nur immer des Menschen sein Leben/
Wenn ich es beschreiben und Maaß ihm sol geben?

Alterum *de Passione Servatoris.* Ubique parum ingenii & artis elucet.

Simler/ (Joh. Wilh.) Zucht-Herr im *Collegio Parthenico* zu Zürich. Fabricatus est Teutsche Gedichte/ darinnen I. Vierverse/ oder summbegreiffentliche Inhälte der Psalmen Davids. II. Unterschiedenliche/ auf Zeiten und Anläße gerichtete Gesänge. III. allerhand Uberschrifften. Zürich/8/48. Characteres Musicos adjecit Andr. Schwilge/ wohlbestelter Sänger/ Kirchen und Schuldiener in Zürich. Artificium hic nullum. Dictio est Helvetica, hoc est, crassa ridicula, minus germana, quod vel e titulo dedicationis divinare licet: Hochgeachte/ Woledle/ veste/ fromme/ ehrennothveste/ fürsichtige/ weyse/ hochgeehrte Herren Günnere; auch liebe Herren Vettere/ Schwägere und Gefättere. Quin ideo *Simlerus* ipse suus & accusator sit ex judex in Præfatione: Das Absehen eines rechtschaffenen Christenlichen Poeten sol fürnemlich gerichtet seyn auf den Nutzen; und die Belustigung. Auf den Nutzen dergestalt/ daß des Allerhöchsten Ehr durch seine Gedichte befördert; der Nächst und er selbst erbauen: auf die Belustigung; daß seine Verse nicht allein lieblich klingen/ sondern auch von

solchen

solchen Erfindungen und Worten seyen/ daß dardurch auch der Klugen Verstand belustiget und geschärfet werde. Diese beyde Stücke nun haben sich bey dem grösten Theil unserer Teutschen Poeten und Reymenschmieden eine geraume Zeit verlohren: &c. Ich/ für meine wenige Person/ bekenne mich des naher gegen der Teutschen Dicht- und Reym-Kunst; deren ich zuvor nichts geachtet; sehr verliebt/ und zu folgenden Reym-Gedichten/ oder vielmehr poetischen Erstlingen/ gereizt und veranlaßet. Mein Absehen zwar war auch auf den Nutzen/ und auf die Belustigung zugleich/ gerichtet. Des Nutzes halber hab ich mehrtheils geistlichen; und/ neben denselben/ wenig andere/ iedoch nicht unerbawliche Sachen eyngeführt. Die Belustigung aber kan ich nicht zeigen in wohlklingenden Versen/ auserlesenen Redens-Arten und Poetischen Erfindungen; als in welchen ich fast unerfahren. &c.

Stahl/ (Joh.) In Parnasso suspendit *Tabulam Auream*, d. i. eine güldene Tafel/ darinn gezeiget wird das zeitliche Gut zuverwerfen/ und nach dem Himmlischen Schatze zu trachten. Helmst. 4/65. Tabula ista *Tabulæ Cebetis Aureæ* minime omnium, si argumentum forte sacrum demas, æquiparanda, cum versus non auro, sed chalybe divites procudat, imo plumbeos, & vere χαλκείας ἀντὶ χρυσείων. e. c. v. 1.

Mein Kind habe nicht lieb die Welt.

Et hujus metalli plures, qui jam transeant cum ceteris erroribus.

Stender/ (Friedr. Dav.) *Erf.* Felicissime (orthographiam enim difficiliorem non jam attendimus) tentavit teutschen Letter-Wechsel/ oder durch Versetzung der Buchstaben versuchete Letter-Schule/ darinnen versucht und befunden/ daß die einzelne/ kurze einnsylbige und Stamm-wörter fast nach dencklicher vernem- und annemlicher/ als di vihle durch reinen Buchstabenwechsel fallen. Im Jahr DJe zeJt WeChseLt UM. Edidit etiam *Anagrammata Latina*. Etsi autem *Stenderus* κατ' ἀναγραμμα *Res desunt* audiat, Anagrammatum quoque scriptores a *Vinc. Fabricio*, sæpius laudato, *cuminum secare*, *aut per otium ex muscarum alis flabella contexere*, *& æstuantibus ventulum facere* arguantur, *& quando puteum frigidum nondum habemus*, *hinc quidem tantum carminum proventum conjicere* ab eodem jubeamur: *Stenderum* tamen nostrum ab isthoc pœnæ genere immunem fere pronunciare haud veremur. Nam ingeniose admodum ludit, etsi, ut in argumento tali, nonnunquam inventione pariter ac versu paulo est insuaviore. Extat quoque *Anagrammatum* ejus *Latinorum & Germanicorum Coronis posthuma*. Braunschw. 8/79.

Stöcken/ (Christian von) *per Holsat. Regiam Antistes Generalis*. Hymnos *B. Lutheri* aliorumque ecclesiasticos instituto non admodum

nimis utili ac probando, interpolavit. Nam si vel maxime rhythmum forte juvat, nervum certe spiritumque non raro prorsus infringit, quantum addiderat, tantundem quoque demens. Et multis Viri scriptis nihil ad nos pervenit præter quam Neue Davidische Harffe. Nachtmahls-Music/ 8/76. Christi Ohnmacht der Christen Andacht. Ratzeb. 12/68. Communis est dictio, artificum mediocre. In *Elmenhorsti Dramatologia* me legere memini, ipsum quoque *Homiliam* ad rationem modumque Dramatum Italicorum edidisse.

Stockmann/ (M. Ernst) *Superintend. jam Alsted.* Primo omnium recenseri meretur ipsius Poetische Schrifft-Lust/ oder/ Hundert Geistl. Madrigalen. Leipz. 8/68. Et hæc est editio II. so mit einem Viertelhundert Poetischen Freuden- und Trauer-Madrigalen erweitert ist. Nemo sibi in hoc carminum genere suavissimam *Casp. Ziegleri* Musam perinde familiarem reddidit, ac *Stockmannus* noster: adeo facile modulatur, adeo suaviter & ingeniose, ut nihil supra. Neq; vero non ausim affirmare, Madrigalia plus, quam carmina reliqua, gratiæ spirare. In materia sacra vaticinatur ut Theologus, in jocosa jocose, rotunde in utraque & jucunde.

Nec facundia deserit hunc, nec lucidus ordo.

Itaque

Sermonum stet honos & gratia vivax.

In præfatione libelli Vir CL. innuit multos ad hue ingenii sui fœtus in Museo latere, quos optamus quam primum ab ipso edi. Ceterum meo, quod emi compactum, exemplari ascriptum erat *Madrigale*, tantæ quidem venustatis, tantiq; leporis, ut non possim, quin hic opponam. Auctorem Epigrammatis novimus *CL. Gablerum*, antea *Duci Ciza-Saxoni a Secretis*, jam vero *Præfectum Sulensem*. Utq; plenius intelligi queat, rem paucis exponamus. An. 1677. quidam patibuli candidatus, nomine *Martinus*, in crucem actus est a carnifice, cui nomen *Paulo*, Anatomicis frustra efflagitantibus *Martinum*. Ita vero fluit Madrigale:

Man hat in keinem Jahr
Martini so gar nah bey *Pauli* Fest gefunden/
Als heuer im April/
Da beyder Nahmens-Schein an einem Tage war.
An diesem hatte Paul Martinum angebunden.
Als nun der arme Dieb sich gerne lösen will/
So fehlt es ihm an Kräfften und Vermögen;
Galenus wolte zwar sich hier ins Mittel legen/
Doch schien es Pralerey/
Und hatte man nur leere Wort geschrieben/
Drumb ist hißhero noch *res in suspenso* blieben.

Addi-

Additum huic erat *Epigramma* prolixum, idque per elegans in *Christinam, Succiæ Reginam*, a *Medero* quodam, homine ingeniose nequam, concinnatum, quod B. Lm. legere forsan haud pigebit:

Ich legte dir/mein Reich/die Cron und Scepter hin/
Als eine Königin/
Und gieng mit Dina fort/ was frembdes zu besehen/
Wie weh ist mir geschehen!
Nun ist die Jungferschafft des wahren Glaubens fort/
O Rom/ du Huren-Orth!
Du bist es/ welche mich durch Götzen-Werck verkehrte/
Und geistlich huren lehrte/
Ich bin *Gustavus* Kind/ und trage solche Schmach
Dem lieben Vater nach.
Verfluch ich Böse dann nur zu des Pabstes Ehre
Der Kirchen CHRISTI Lehre?
So ist es auch gewiß/ daß ich Verläugnerin
Von GOTT verläugnet bin.
Ach! was hab ich gethan! so wird nun mein Gewißen
In Unruh bleiben müssen.
Ich ruffe Wald und Feld/ ich ruffe Berg und Strom;
Das Echo ruffet: Rom.
Ach nein/ was ist doch Rom/ verfluchter Piementelle?
Das Echo ruffet: Hölle.
Ach ja/ es weiß die Welt/ was mir da wiederfuhr;
Das Echo ruffet: Hur.
Wie? bin ich dann nicht mehr die Königin Christina?
Das Echo ruffet: Dina.

Ut redeamus ad *Stochmannum* nostrum, ejus quoque prostat Lob des Land-Lebens. Jena/ 8/ 81. in quo πρέπον illud γεωργικὸν manifeste deprehendas. Item: Lob des Stadt-Lebens/ Jena/ 8/ 83. graphice satis ac civiliter elaboratum. Locum hic quoque habeat parens.

Stockmann/ (Paul) cujus est *Hymnus* ille historicus juxta ac pius *de Passione CHristi*, in Ecclesiis etiam receptus nostris: JESU Leiden/ Pein und Todt ꝛc. editusque in officina Lanckisiana sub titulus: Frommer Christen Leib-Stücke. 8/ 53.

Stosch/ (*** von) Hunc solum e Nob. *Haugwitzii Præf. Prodromi* Poetam scimus.

Strube/ (Georg.) K. g. P. *Eccles. Havelberg.* Ordinis. Cygnei Musophilus. Legimus ejus Glückwüntschende/ Weh- und Demüthige Danck- und Denckwürdige fortgestellete Musen-Liebe. Magdeb. 8/

gdeb. 8/99. In præfatione libros a se editos, nobisque nondum visos indicat simulque fatetur, se fami, non famæ, scripsisse.

Stupritz/ (Martin) *Syndic. Budiss.* Multorum Poeta titulorum ac nominum, rei vero nullius. Cum enim lauru Poetica coronaretur, pene sexcentorum gratulationes editæ sunt, subtituto: Der Stubritzische Lorber-Crantz. 4/49. Ipse multa fecit carmina, uno volumine nondum comprehensa, nec tamen colligenda. Nobis ejus suppedit *Salus Januaria*, Panegyricus ad illustres & Generos. Ordines Lusatiæ Superioris, 4,51. Quis vero dictionem hiulcam & inconditam primo statim intuitu non deprehendit? Prostant ejusdem quoque *Delitiæ Infantum.* Dreßd. 8/58. Forsan & ipsius est *Carmen de incendio Budissino*, 1634 opera cohortis Goltzianæ clandestine conflato, inscriptum Buß-Spiegel/ insertumque *Taberæ Budissæ M. Ioh. Zeidleri*, 1686, 4to, recusæ.

Stübel/ (*M. Andr.*) *SS. Theol. Baccal. Lips. ad S. Thomi Conrect.* Aperuit Heilsame Kinder-Schule/ Leipz. 12/88. ubi & in fine *Odas VIII.* cecinit, bonas utique & rotundas.

Suchland/ (Joh.) *Dantisc.* Meditatus est carmen, Durch Trübsal zum Labsal/ inscriptum. Mera est precatio contra Turcas Hungariam tunc invadentes. E prima pagina ejusque ordine perverso non facile colliges, quænam mens sit Poetæ; adeo ipsa quoque verborum collocatio est confusa. Sic enim auspicatur:

Ob schon auf dieser Welt das übergroße Leiden
Nicht auszusprechen ist/ so sind die Himmels-Freuden/
Die allen Seeligen noch werden zuerkand
Nicht auszugründen sey mit Englischen Verstand.

Poterisne vero divinare, quid sibi hæc velint? Porro sæpe omittit vocabulum ἀπὸ τῦ κοινῦ repetendum. Atqui iste Græcorum est Idiotismus & Latinorum, quem nostræ genius linguæ ægre admittit, evitandæ potissimum obscuritatis causa.

T.

Taust/ (Gottfried.) P. L. *Sacerdos Opiensis*, Prognosticis suis inter Astrologos non ignotus. *Carmen Epicum de Bello Turcico*, scribere conatus est, cujus ἀποσπασμάτιον quoddam singulis suis singulorum annorum Fastis subjunxit, subjunget: Verum enimvero Epos istud, si elegantiam spectes, vix dicendum Epos, nisi Rusticum, hoc est, quod & a rusticis Calendaria ementibus & legi facile & intelligi possit.

Teller/ (Abrah.) *Th. D. Lips.* Cecinit Zwölf Geistliche Lieder. Quos hymnos in suum, suæque uxoris ac decem liberorum nomina confecit, eosque pietate & amore in DEUM & pignora sua plenos. Editi sunt *Lipsiæ* 8, 81.

Thande/

Thaude/ (M. Elias) *Gymn.Thorun.olim Rect.& P.P.* Poeta, si nervos spiritumque respicias, haudquaquam vulgaris; si facilitatem atque εὐπορίαν spectes, palmam aliis facile relicturus. *Carmina* tamen Viri, quæ passim volitant, tum *Latina*, tum *Germanica*, digna esse, quæ velut ex fuga retrahantur, fortasse nemo negabit. Appulerat aliquando Noster animum ad scribendum Drama, honori Poloniæ Regis dedicandum, eique Thorunium ingresso publice in theatro exhibendum. Id vero sibi negotii solum dari Poeta credidit, Regi ut placeret, quam fecisset fabulam. Quod ipsum Pontificii videntes ac invidentes, omnem dimoverunt lapidem, ne Poeta compos fieret voti; tandemque rem eo pertuxerunt, uti non obscure intelligeret Noster, operam se oleumque perdidisse. Hæc ille intuens, cum, quemadmodum se placaret, nesciret, tristior solito deinceps visus est; neque abest suspicio, quin ea res mortem Nostro immaturam maturarit.

Thiemich/ (Paul) *Haynensis, Scholæ Lipſ. ad S. Thom. Collega.* Qui nuper admodum, mortale quod habuit, exuit. Notus inprimis elegantissimo *Dramatum* genere illo, quod Italis debemus, cui velut natus videtur: & vero *Operæ*, *Camillæ*, Königin der Volscer/ dictæ, ac in theatro Leucopetræo exhibendæ, ultimam jamjam imponens manum, morbo corripiebatur; ut adeo ultimus Danici illius *Greiffenfeldi* versus ultimo apud Beatum nostrum invenirent locum:

Hic jussus ponere pennam.

Miramur certe Thimichianæ dictionis facilitatem, suavitatem, qua *Ariæ*, quas ajunt, qua Chori interpositi pollent, exosculamur, attonito similes, si quando illorum Musurgetarum, *Strunckii* puta & *Kriegeri*, numeri accedunt musici, voxque & actio *Conjugis Thimichianæ* mirifice suavis & apta mirifice. Et vero quid verbis est opus? Res certe ipsa loquitur pro eo, cui toties a tot spectatoribus in theatro spectatissimo *Sr. Ducis Iohann-Adolphi*, atque in isthoc Philureo novo datus est applausus. Colligat tandem Vir aliquis artis divinæ seu amicus seu gnarus CL. Viri *Poemata* tum Comica, tum alia, quæ singulari semper & facilitate & felicitate effudit; theatro orbis eruditi publico non invisurus, quicquid hactenus Leucopetra solum & Philurea beavita thetra. Neque laudatus jam CL. *Kriegerus*, qui ex ludis tribus *Arias* cum textu musico publici juris fecit, inposterum suas nobis Veneres invidebit.

Thomas/ (D. Joh.) Scripsit Friedens-Gedancken. Jena 4/50. Poema satis elegans ac nervosum.

Tietz/ (Joh. Peter) *Gymn. Dantiſc. Rector* clarissimus Poeta non parum elegans, cujus vena *H. Alberti Hortulum* plus semel a nobis laudatum quoque irrigavit. An vero Poemata ipsius omnia junctim prelo

sint submissa, nobis non liquet. Prodiit tamen ejus Kunst Hochteutsche Verse zu machen/ Dantzig/8/42.

Trachsdorff/ (Albr.) ausus est scribere Lob Gedichte ad *Ferdinandum III*, Regensp.4/54. Cæsare vix dignum Poema.

Treiber/ (M. Heinr. Ernst) *Diaconus* in Eißfeld. K.g.P. und in der Teutschgesinnten Lilien-Zunfft der Antreibende. Hujus est Jubel-Jahrs Posaune/ d. i. Der reinen Evangelischen Kirchen viertes/ und der Christlichen Concordien erstes Jubel-Jahr &c. Schleusingen 4/81. Poema certe ut prolixum, sic eruditum, elegans & luculentum.

Treuer/ (Gotthilff) consarcinavit Lexicon Poeticum, Teutscher Dädalus appellatum, editumque Tom. II. Franckf. 8/60. iterumque Berlin/8/75. caute quidem & cum judicio versandum.

Trommer/ (M. Dav.) *Plavia Variscus.* Habeant ergo, quo *Flemmingii* loco glorientur Narisci. *Flemmingium* ipse *Trommerus* conterraneum suum, sed perperam, vocat. Interim hunc non segniter imitari ausus est, maximeque in Epigrammatis, quæ, utpote breviuscula fere, Sonnetchen appellavit, edita cum aliis sub titulo: Nickerische Poesie/ Dreßd. 8/70. Secutus nimirum haud assecutus nitorem atque vim Carminis Flemmingiani, eamque ob causam non sine causa notatus a Nob. *Haugwitio* in *Prodromo*, Weltliche Sonnette/ p. 26. n. 10.

(Inscriptio in libro quæratur.)

Was muß *Apollo* wohl in seinem Sinn gedencken?
Wie muß der Musen Schaar doch nur zu Muthe seyn?
Wenn mancher wieder Danck nimt den Parnassum ein?
Und wil sich mit Gewalt aus *Hippocrenen* träncken/
Der anders doch nichts kan als Reim und Wörter kräncken.
Der/ wenn die Stunden gut/ mit Kummer und mit Pein
Ein schlechtes Liedgen macht/ und meint durch dessen Schein
Gleichwohl sich biß ans Dach der Sterne hin zu schwencken.
So wie hier **Drommer** thut/ dem ein verwelckter Krantz
Und ein gebückter Vers (nein/ es wird mehr zum Tantz
Als ein paar Schuh erheischt) sol zum Poeten machen.
Doch/ er giebt Flemmingen zu seinen Landsmann an/
Auch dieses thuts noch nicht: **Freund/ ihr müst besser dran**
So fern man anders nicht sol eure Schrifft belachen.

Edidit quoque *Trommerus* Geistliches Singe-Spiel/Leipz. 4/91.

Tülsner/ (Adam) P. L. C. *Scholæ Dresd. Collega.* Hujus est der XCI. Psalm Davids in Teutsche Verse gesetzt. Dreßd. 8/33. forsan & alia, de quibus nil admodum laboramus.

Türckiß/ (Damian) seines Gesichts beraubter Bürger und

teutscher Poet in Torgau Gemmam Poetæ, quem se vocat, unicam vidimus, eamque, nisi materia sacra ipsi pretium addat, pretio exiguo, imo nullo, dignam. Fecit ein hertzl. inbrünstig Christlich Paßion Gebeth. Wittenb. 4/29. Sequitur autem post precationem *Hymnus* ejusdem argumenti Acrostichus a nomine auctoris. *Ethopœia* tandem duplex *Elisabethæ* cujusdam *a Wolffersdorff.* Rhythmi sunt obsoleti & insuaves.

Tscherning/ (Andr.) *Siles. Poes. P. P. Rostoch.* Nota sunt ipsius Poemata Deutscher Gedichte Frühling insignita, quorum nos editione sumus usi Vratislaviensi 8/42. *Alis* quoque *Imperatoris Muslimici Centuriam Proverbiorum Arabicorum* Distichis Latino-Germanicis reddidit, quæ in calce Poematum apparent. Dictio ipsius quam plena vigoris est ac viroris, tam quoque tumoris expers, nec gravitate caret, cum res ita poscit. Ceterum *Opitio* & *Flemmingio* æqualis sororiam quandam cum vate utroque sententiam est amplexus. Vide omnino *Morhofii* elogium, Unterricht/ pag. 428. Superest Nostri quoque Schreib- und Sprach-Kunst/ insonderheit der Edlen Poeterey. Lübeck/ 12/59. eruditionis diligentiæque non pœnitendæ libellus. Tironibus item haud parum conducet ejusdem Poetische Schatz-Kammer.

U

Uhlmann/ (Georg) Christliche Paßions-Gedancken Freyb. 4/44. animo pio, arte simplici est meditatus.

Viebing/ (M. Konrad Heinr.) von Schönningen / Kais. gekr. Dicht Meister/ und itzo Pfarr zu Ummendorf im Hertzogthumb Magdeburg. Ecce tibi vero hujus in arte Poetica magistri,

quem bis terque bonum cum risu miror,

Opera: Der Unvergleichlichen / Wunderschönen allertugendvollkommensten Weisemunden Lebens- und Leidens Geschicht / in einer geistlichen Schäferei/ voller Geist- und Geheimnisreichen Lieder und Anmerckungen unter dem Preißwürdigen hochteutschen Helikon im Rosen-Lilien- und Negelchen-Thale andächtig betrachtet und einfältig besungen von dem Hurtigen dieses Edlen Bildes zwar unwürdigen/ doch gehorsamen und biß in den Tod getreuen Diener Rosclieben. Helmst. 8/80. Iudicium de his ab ipso mutuabor, qui postquam in Præfatione contendisset, Bucolica, seu mavis, Pastoralia extare innumera, tandem, vel invita via, sic erumpit: Aber es sind Papierne Schafe/ und Brodlose Schäfereyen. Sie haben viel Worte und wenig Wolle / noch weniger Butter und Käse etc. Materiæ certe, quam tractat, sacræ non paulo major ratio erat habenda. Equidem, facile inducor, ut credam, imo res aliter se non habet, sub nomine & persona *Weisemundæ* feminæ *Servatorem* nostrum ab ipso describi;

quam congrue aut quam sane, lector sanus facile judicabit. Promittit simul *Viebing* noster I Der Weisemunden Liebes und Freuden-Geschichte. II. Der Himmlischen Rosellinen gedoppeltes Rosen-Gepüsche. III. Der überirrdischen Lelien Königlichen Lust- und Seelen-Garten. Steteritne promissis, nec ne, perinde erit.

Viecke/ (Friedr.) *Wratisl. Siles.* Condidit Babel oder der Sprach-verwirrung und Verirrung-Thurm Wittenb. 4/50. at Silesium, hoc est, gravem atque peritum in arte minus se præstitit magistrum.

Viescher/ (Georg.) Neuvermehrter Blumen-Garthen. Nürnb. 8/63. cujus caput I. idque prolixissimum huc pertinet. Quid ergo? Noricus est & noricissat.

VITOSIUS, (Joh. Casp.) edidit *Delectare Poeticum, Sonnetta*, quæ dicunt, argumenti varii. *Budissæ*, 8, 66. Num vero delectet prositque, Lector intelligens facile persentiscet. Mihi quidem ad palatum Epigrammata ista haud fuerunt.

Vogel/ (Jacob) Käys. coron. Teutscher Poet. *Balneator Stœsensis*, oppiduli Leucopetram inter & Numburgum, celebris sub initium hujus seculi seu Poeta seu Poetaster. Auctor Hanß Wurstens ita scribit c. III. pag. 9. Wer war Jacob Vogel zu Stösen auf dem Feder-Marckte? Ein Bader/ sein bißgen Latein hatte er so gar mit dem Donate längst in der Bad-Stuben ausgeschwitzet; und was mangelte seinem Bautzner-Sturme/ welchen Frau Fama auf ihrem Wagen zu der unsterblichen Ewigkeit träget. Nolim tamen dicere, horum quicquid est rhythmorum apinas tricasque esse (Saal Badereyen) haud ignarus, ex ipsis quoque scoriis aurum sæpe legi. Id vero infit labitur nemo quisquam facile, *Vogelium* nostrum præclare nimis & magnifice de se suaque Poesi sentire. Quid enim arrogantius isto?

Deutschland hat zwar einen Lutherum/
Aber noch keinen Homerum/
Einen rechtschaffenen Propheten/
Aber doch keinen rechtschaffenen Poeten.
Doch nun thut GOTT erwecken frey
Einen **Vogel**/ der ohne Scheu
Zum Teutschen Poeten gekrönet ist
Von hohen Leuten dieser Frist rc.

Indicare possumus ejus Wanders-Regeln/ Jehna/ 8/17. Ungrische Schlacht (*Henrici Aucupis in campo Martisburgensi*) gedruckt zu Jehna/ bey Johann Weidners Witben/ in Verlegung des Authoris, und bey Vermeidung einer scharfen Satyra, nicht nachzudrucken. 4/26. Reliqua sub umbris latent.

Vogel/

Vogel/ (Joh.) *Psalmos Davidis* rhythmis reddidit, quorum ego vidi editionem, 8, 38.

Volckreich/ *(Irenæus Charin.)* Edidit Gottseelige Hertzens-Betrachtung des Leidens/ Sterbens/ Auferstehens und Himmelfarth unsers HErrn und Heylandes JEsu Christi ꝛc. Leipz. 8/36. Versus non Quantitate, sed syllabis tum longis tum brevibus dimetitur.

Voigtländer/ (Gabr.) *Christiani V. Dignitatis Regiæ Danicæ Heredis Tubicen primarius*, cujus meminit Morhof/ Unterr. p. 437. *Arias*, quæ vocantur, cecinit, quarum utor editione Raceburgica in fol. 64. Odæ sane pro ingenio ab natura solum non arte exculto, cultæ satis, doctæ & limatæ. Idem quoque auctor est *Hymni* vel arborum cantoribus noti: Mit *Ars*, *Lex*, *Mars*, wird die gantze Welt regiert.

W

Weber/ (Georg.) *Dalens. Templi Episcop: Magdeb. Vicarius & Succentor.* Sieben Theile wohlriechender Lebens-Früchte eines recht Gottergebenen Hertzen ꝛc. in niedriger Reim Arth an das Licht getragen/ und mit gantz schlechten Melodien bequemet. Dantzig/8/49. Auctoris modestia, quam pæne nimiam ipse libri titulus prodit, æquum lectoris judicium deposcit.

Weber/ (M. Imm.) Pfarr in Pomsen/ *Hymnum Christo Natalitium* cecinit editum sub titulo: Des JEsuleins Heilige Geburths-Nacht. Legi meretur. Ceterum & alius M. Immanuel Weber/ nomine adoptivo *Levin v.* Ambeer. Celebris huc referri debet. Poetæ enim elogium vix detrectabit, venæque specimen aliquot & alibi & in Zeitlichen Staats-Begebenheiten/ quæ publicavit, videre licet.

Weckerlin/ (George Rodolf) *Studgart. Carolo Ludov. El. Palat. a Secretis.* Vulgavit Geistliche und Weltliche Gedichte. Mihi editio suppetit Amstelædamensis, quam Londini degens, 8, 46. prelo subjici curabit auctor. Edita sunt jam anno 1618. (quo anno & *Opitius* publice primum enixus erat foetum) *Lib. II. Odarum*, qui in hac editione nova itidem reperiuntur. Venam is quidem adversus pangendos haud aridam fuit nactus; ego tamen, ut sum tardior, cum Typographo in *Præf. ad Lect.* confiteri cogor, daß ich seine tiefen Sinnen nicht gnugsam recht fassen können. Certe nihil potui reperire, quamobrem hunc politioribus Poetis, aut *Opitio* saltem æquali adjungi mereatur. Ecce tibi Φίλτρον primum:

Nach-

Nachdem die Lieb (mit starcker Wuth
Erheitzigend mein junges Blut)
Mich mit vermehrten Pein und Plagen
Hat machen seufzen/ weinen/ klagen.

Voto finiatur:

GOtt der der Geber ist unsers und alles Guts
Geb/ daß die Teutsche auch (folgend ihren Vorfahren)
Wie freygebig sie seynd ihrer Reichthumb und Bluts/
Begihrig bleiben fein und ihr Ehr zubewahren.

Weinheimer/ (M. Adam) *Giessens. Antistes Esling.* Edidit Geistliche Wacht. Nürnb. 1264. Poemata breviora sunt, pia tamen Deoque devota.

Weise/ (Christian) *Gymn. Zittav. Rector.* Arduum aliquid ac plane supra vires mihi sumerem, si hunc Virum laudare ingrederer, quem ingenii doctrinæque gloria dudum æternitati commendavit. Sudent alii & conentur; Nostrum felicior quidam genius per omnia circumduxit, non anhelantem, non desudantem, dum indolis ille vigor, divinæque vis mentis suffecit ubivis. Monumenta ingenii hujus in medio posita sunt, elige, quæcunque voles, & lege: nonne tibi Veneres omnes & omnes lepores, *Weisium* elegisse videbuntur, cujus in cerebro sedem sibi propriam figere possent? Vim tibi faciem tot tamque variæ ingenii suavitates, legentem non prius dimissuræ, quam lassatus, haud satiatus, recedas. Ipse quidem *Aristophanes*, Atticæ quondam elegantiæ architectus, si, ab inferis resurgens, in hæc talia incideret, nonne aut pro suis agnosceret, aut animæ suæ vim dimidiumque in Weisium transmigrasse suspicaretur? Et profecto, si nihil egisset aliud Vates noster, quam ut viam rationemque ostenderet, qua in orationis numero structura sine prolapsione sit incedendum, sic ut, perinde ac in sermone libero, æquabili quodam sibique simili tractu fluere omnia videantur; tum sane peregregium aliquod facinus perpetrasse poterat videri. Nunc enim admirandæ Viri dotes ac merita longe plura sunt, longeque majora, quam ut a me vel enumerari plene, vel digne satis dilaudari possint; quando & numerum & laudem transcendunt omnem. Felices vero animas, quibus ab ore Doctoris tanti pendere datum est! Felices ter & amplius, qui Poetarum Germaniæ facile Principis aut sequuntur vestigia, aut, cum assequi non licet, eminus quoque adorant. Sed ne contra mode-

ſtiam Viri peccare videar, *Scripta* potius ipſa recenſere conabor. Quorum ut numeros bene magnus, ita nihil quicquam temere invenietur ex omnibus, quin venam geniumque ſapiat felicem, plane, inquam, Weiſianum. Sunt autem fere ſequentia : Uberflüßige Gedancken. Leipz. 12/77. & Tom II. 81 Nothwendige Gedancken/ Leipz. 8. 57 & 84. Reiffe Gedancken. Leipz. 8/81. Curioſe Gedancken von deutſchen Verſen/ Leipz. 8/92. ꝛc.

Weiß/ vid. Michael ALBINUS.

Wentzel/ (*Ioh. Chriſt.*) *Med. Doctor Ienenſis.* Poeta eſt. Spiritus ipſius brevi in publicum emittendos, mirabitur orbis. Sufficiat jam *Panegyricum* in obitum Sr. Electoris noſtri *Ioh. Georgii IV.* in corona recitatum publica, laudare.

Werder/ (Dietrich von dem) Fürſtlicher Anhalt. Rath/ des geſamten Landſchafft-Weſens *Vice-Director* und Obriſter. In Conſortio Cotheniano Der Vielgekrönte. *Opitii* & *Hubneri* æqualis, minor quidem illo, hoc tamen major dictione & Poeſeos arte. Edidit, ex Hetruſca Lingua converſum a ſe, Das von Gottfried von *Bullion* Erlöſete Jeruſalem/ aus dem *Torquato Taſſo*, Franckf. 4/26/ & 51. *Ludov. Arioſto* Geſänge vom Raſenden Roland Leipz. 4/32. C. Sonnette vom Krieg und Sieg Chriſti. VII. Buß-Pſalmen. XXIV. Troſtreiche Freuden-Geſänge auf die Stunde des Todes. Der Uhrſprung des Weyrauch-Baums/ und der Sonnen Blume. Quorum pleraque ἀνωνύμως publicavit.

Werther/ (Georg Wilh. von) Edidit *Iuvenilia. Ienæ*, 8, 64. Sectio prior Latinis Græcisque conſtat, poſterior Germanicis eſt dicatea Nobilis hic vena ſalit, in qua, ſi quid forte vitii hæret, ſanguini tam generoſo id me rito condonatur. *Habebis enim poſthac viliora, habebis meliora, tuisque auribus digna habebis*, ut in Præfatione promittit; hactenus vero, quod ſciam apparuit nihil.

Werner/ (Chriſtian) Publici juris fecit πανηγυρικόν oder Helden Gedichte/ 4/43. in *Sr. Auguſti, Epiſc. Magdeb.* Onomaſteriis. Verum Poeta noſter aut plus artis in laudandis, *Auguſti* ſummis virtutibus adhibere aut πανηγυρικὸν illud ſuum prorſus omittere debuiſſet.

Wiedemann/ (Michael) Edidit Poetiſche Gefangenſchafften/ Quarum partes ſingulæ ſingulis menſibus prodierunt *Lipſiæ*, 8. In his autem non magis excellentiam artis, quam rerum varietatem & copiam, præcipue in Commentariis annexis, lector æſtimabit.

Wilhelm II. *Dux Saxo Vinarienſis*, in *Soc. Fruct.* Der Schmackhaffte. *Hymnos* aliquot cecinit, e quibus ille eſt potiſſimum notus : GOTT/ der Friede hat gegeben.

Willkow/

WILKOW/ (Christoph) Ejus quædam reperiuntur im Lustwäldlein *H. Alberti*, & digna quidem, quæ ibi conspiciatur.

WILLEBRAND/ (Matth.) *Sacerdos Reval.* ed. dit Paßions-Gedancken/ quæ nondum in conspectum venere nostrum.

WILLIUS, (*L. Ioh. Valent.*) Suppedit nobis ipsius *Carmen*, der Nordische Bezoar/ oder das Wunderwürdige Hirsch-Horn-Saltz/ in leichten Reimen aus natürlichen und medicinischen Gründen vorgestellet. 4/76. Poema fluidem est, dignumque adeo, quod iterum legatur.

WINCKELMANN/ (Hanß Just) Vide, amabo, quid hic Angelus proferat ex angulo suo: Ammergauische Frühlings-Lust in fünf Tage-Zeiten vorgestellet: behandlend unter vielen aus dem großen Natur-Buche genommenen merckwürdigen Erzehlungen/ üblichen Sinn- und Reim-Bildern/ warhafften Geschichten und lebhafften Fürstellungen eines Weltberühmten Regenten. rc. Oldenburg/ 8/ 56.

Quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
Parturient montes, nascetur ridiculus mus.

Nihil certe dignum heroe ullo, nedum *Anton-Günthero Comite Oldenburg.* quem sub persona Blumenholds celebrat, Heroe dignum hic legas. Hiemem ostendas in *Vere* isthoc; adeo frigent universa, vix ut ægre persentiscas paulo tepidiorem spiritus Poetici calorem. In hunc vero modum exorditur: Als die Sieghaffte Morgen-Röthe (*Aurora*) das gewöhnliche Treffen mit der Nacht gethan/ und derselben ihren dunckeln Mandel abgezogen/ verfügte ich mich die Lust-Beschaffenheit dieser Gegend zubesichtigen rc. Versus etiam aliquot lymphaticos Lunatici hujus Poetæ delibare haud pigebit:

Wie doch so gar wanckelmüthig
  Sey des Monden Angesicht;
Bald es lacht/ erzeigt sich gütig/
  Gönnt uns bald kaum halbes Licht
Bald zeucht er sich gantz zurücke.
So ist auch des Menschen Glücke.

In ejusdem Nutz- und Schutz-Schrifft vor das merckwürdige Alterthumb/ ersprießliches Wachsthumb/ Christliche Gewohnheit und Kunstmäßige Lehr-Arth der Gemählden/ Sinn-Bildern/ Lehr-Geschichten/ Gleichnißen/ Beyspielen und Gedächtnis-Kunst. Oldenb. 56. Titulum in libro, librum in titulo quæras. Argumentum ut libri, constet, Gentis Urbiumque Hassiæ Insignia versibus perversis explicata dabit, an implicata.

WINCKLER/ von Winckelstein (Matthias) der ältere/ der Königl. Maj. in Ungarn/ und designirten in Böheimb Herrn Matthiasen/ Ertz-Hertzogs in Oesterreich Diener. Instruxit Ein Geistl. Lust- und Spatzier-Garthen. 8/10. Rhythmos esse, facile conjecerim, fortasse tamen ultra genium Austriacum sapientes.

WOLFF/ (M. Jac.) In scenam produxit Feuer- und Schwerdt-Bühne der Durchl. Pomeris ältesten Tochter Actinoporthmus/ sonst Strahlsundische Mnemosyne genannt. Strahlsund/ 8/ 93. *Comœdia* est *de Wallenstenio* & urbe *Stralsundo* ab eodem obsessa, cujus scenis versuum strophæ, a spiritu nervisque commendandæ, interponuntur.

WOLFERSDORF/ (Adam von) *Nob. Lusat.* Gebundene Worte von guten und bösen Engeln/ Görlitz/ 4/53/ edidit; quibus vero.

nervi

Deficiunt animique Z

Z

ZUCKERER/(M. Sam.) *Delitian. P.L.C.* Ejus indicare habemus Meißnische Land-Straffen. Zwickau 4/48. Die allerheiligste Geburth des Sohnes Gottes und der Jungfrauen. Chemnitz 8/65. Intra mediocritatem ars & elegantia consistunt.

ZEIDLER/(M. Christian) *Rector Salfeld.* Libello Der Gottgelassene Bergmann appellato editoque Saalfeld/12/79/versus non nimium artificiosos inspersit.

ZEIDLERIN/(Susanna) En tibi decimam Musam, cujus in Jungferlichen Zeit-Vertreiber/ d.i. allerhand deutsche Gedichte/ 8/86. sententiæ tersæ, floridæ, melle quovis & papavere dulciores, summatimque virgineæ ad Flemmingianum genium proxime accedentes. Lumen ingenii ut cumulatum, ita semper æquabile & constans ubique relucet ad invidiam usque mollioris hujus sexus. Iniquum vero Poetæ Arabis *Pharezdaki* judicium est, qui, lecto pereleganti Poetriæ Arabice Poemate, tale effatum pronunciavit: *Galli cantum cum Gallina imitatur, juguletur:* citante sic *Morhofio* e *Pokokio*, Unterricht/p. 445. Rationem quoque Nostra reddit non invenustam, quamobrem virgines e Vatum choro non sint excludendæ, viros ab Apolline, virgines a Pallado versus condoceri evincens, *Hymno* X, ubi quendam ficti nominis *Rhapsodum* occulte petit, cui Poetria nostra forte suspicionem moverat, ipsam haud esse Arachnen, quæ telam texeret adeo speciosam. Si qua tamen sint, quæ virgula in virgine hac Poetria notari posse videatur, vel ideo veniam, opinor, invenient quod sint *Generis Fœminini.* Ceterum hic laudare jubemur Poetriam, R. C.K. Sacerdotis in agro Leucopetræo filiam: quos ipsius vidimus versus, facilitatis venustatisque non erant contemnendæ. Omnium vero primos, benignæ tantum beneficio naturæ & ex tempore fusos, Lectorem amicum legisse ne pœniteat.

Offt hält es mancher so/ eh er in Tempel geht/
Zu suchen einen Orth/ da oben über steht:
Wer nicht zur rechten Thür geht in den Schaffstall ein/
Der ist ein Dieb/ und kan kein guter Hirte seyn.
Ja/ man legt solchem Orth/ auch diesen Nahmen bey/
Als wenns ein freyer Paß/ und auch ein Tempel sey.
Nun ist die Frage hier/ ob das ein guter Hirt/
Der weiß die rechte Thür/ und doch dabey sich irrt?
Jch zweifle sehr daran/ doch kans wohl müglich seyn/
Weil offt der blaße Mond benimmt den Augenschein.

Res jocosa hic agitur pariter ac jucunda. Quod si argumentum apponere liceret, lector non morosus & rideret forte, & ingenium Poetriæ miraretur.

ZEIGER/ (M. Conr.) *Rector. Hertzberg. in Saxon.* Exposuit Liebes- und Buß-Gedancken zu seinem Jesu, Wittenb. 8/75. Dictio quidem potiore sui parte Biblica est, ceterum non satis apte cohærens, vocabulis quoq; parũ usitatis maculata.

ZESE/ item *Cæsius*, Cäsien/ von Zesen (Philip.) von Fürstenau In Societate Fructifera Der Wolsäzzende. *Collegii*, ex ipsius Iovis nostri cerebello nati, nomenque, si Veneri placet ab *Rosis* adepti, aliis vero Die Teutschgesinnete Genoßenschafft; aliis per jocum Die Geschossenschafft/ appellati, der Färtige nominatus. Varii vir ingenii, variæque adeo fortunæ, quam ipse sibi ut plurimum fabricare solebat; post miras peregrinationes Hamburgi tandem obiit, 1680. æt. 70. De quo plura certe in vulgus nota sunt, quam hic nos annotare queamus. Illud vero pede sicco prætereundum nobis haud est, quam cupide strenueque elaborarit Heros noster, uti præ millæ aliis *Tyrannus* quidam, seu mavis *Corrumpuntius patria sua lingua* appellare-

pellaretur. *Abr.* certe *Calovio*, Wittenbergensium Athanasio, non aliud elogii promereri visus est, cum Fürstenavius Heros Theologo, quem adibat, sciscitanti forte, *quis esset*? superbe nimis responsasset: *Numquid vero Dn. Cæsium ignorare potes*? Usque adeo fuit ambitiosum hoc animal, ut mirari subiret, quamobrem *Cæsaris* nomen præ *Cæsiano* sibi non arrogarit; ni suspicarer, γλαυκῶπιν Minervam cæsiosque feles ipsi magis arrisisse. Linguam vero maternam (ut ab oculis cæsiis ad hanc descendamus, omissa parte nondum emuncta hominis bene nasuti) Linguam dico, nostram sic dilaniavit universam, ut plane aliam, ac pæne nullam relinquere voluisse videatur. Inspice per Musas! Cæsianos labores, Cæsianas, inquam, cædes ac strages, & mirabere, gentis nostræ nostræque sigillatim Linguæ copias, pæne ad internecionem ibi redactas fuisse. Nihilo tamen secius reperti sunt multi rerum novarum cupidi, qui, dato vel ut signo, in Cæsiana castra, desertorum instar, transfugerent, novo huic Cæsari suo, Marte licet ac Minerva perinvitis, grandia quædam erecturi tropæa. Horum ex numero processit calo quidam, qui, nescio cujus victoriæ Cæsianæ triumphum cantaturus, ita vocem rumpit:

Dem lieblichen und fast einig-ähnlichen
Sohne der großen Zeuge-Mutter
aller Dinge/
Herrn Filip von Zesen/ u. a. m.

Wohl her! gelehrte Schaar/ der Helikon steht offen/
Der ewig-grühne Berg/ der Künste Tummel-Platz:
Der Herr von Zesen hat den kürtzsten Weg getroffen;
Er zeugt uns offenbahr der freien Künste Schatz.
Er ist der Hertzog selbst. Wie Zeser war im Kriege/
So ist Herr Zesen auch in Deutscher Dichterei
Ein andrer Zeser-Held/ der stets mit vollem Siege
Der Sterbligkeit abstirbt; ja/ segt' ich/ daß er sei
Ein alzeit Zesers Kind und Keiser aller Dichter
So wär es noch zu schlecht/ dieweil sein weiser Geist
Weit über menschliche Vernunft und Sinnen-Lichter
So hoch sich schwinget hin. Wer seiner nuhr geneust
Im Bei-sein/ muß gestehn/ daß er ein redlichs Hertze
Ein überirdisches Gemüth und Weißheit findt/
Die sich im Ernst so wohl/ als auch im klugen Schertze
Ergezt. O wohl! wohl dem! mit dem er sich verbindt.
Ich bin des Glücks nicht wehrt/ nicht wehrt der hohen Ehren/
Die er aus Gunsten mir erzeugt so viel und oft/
Doch wündsch ich/ daß er nuhr mein Bitten wolle hören/
Und ich sein Knecht mag sein der auf sein bestes hoft.

Ceterum viris intelligentioribus bilem sæpe, sæpe movet stomachum *Cæsius*, maxime cum aut vocabulis, ex idiomate peregrino civitate nostra donatis, aqua & igne Germanico interdicit, atque barbara prorsus in eorum promovet locum; aut orthographiæ rationem sine ratione mutat aut innovat; aut illa τεχνικῶν vocabula itidem invisa quadam, non visa tamen neque audita prius arte, architectatur. Temeritatis autem hujus artificiique absurdi, ne sine exemplo scilicet res agatur, tirocinia quædam afferamus. *Cæsio* quidem Censore exulare jussa sunt: Natur; ejus successit in locum, Die große Zeuche-Mutter. Pabst; pro quo, Der große Ertz-Vater. Pomerantze; vocata est ein Gold-Apfel. Fenster; pro qua receptum fuit ein Tage-Leuchter.

ter. Et sic porro: Mantel/ein Wind-Fang; Feuer-Mauer/ eine Dach-Nase; Lieutenant/ein Platz-Halter; Pinsel/eine Mahler-Quaste; Musquete/ein Schieß-Prügel; Pistol/ ein Sattel- oder Reut-Puffert. Nonnen-Kloster/ ein Jungfer-Zwinger/ ꝛc. sunt appellata. Ad Orthographiam quæ spectant, cuncti fœtus, seu, quod idem, abortus Cæsiani facile inspicienti spectanda præbent. Technica vero, & quidem quod ad Poetica inprimis attinet, hæc ipsi debemus: *Iambus*, steigender Schritt; *Trochæus* fallender oder lauffender; *Dactylus*, rollender oder hüpfender. *Anapæstus*, gegenrollender oder gegenhüpfender. *Genus Dactylicum*, die rollende Palmen- oder Dattel-Art; *Syllaba penultima*, das fürlezte Word-Glied; *Antepenultima*, überfürlezte. SONNET/ ein Kling-Gedichte/ ein zwei-siebender; *Hexameter*, ein sechsstufiger; *Pentameter*, ein fünfstufiger; *Echo*, Thalmunde; *Genus*, Ober-Art; *Species*, Unter-Art. ꝛc. Ita imitator quidam, servum pecus, *Sonneti* cujusdam fecit epigraphen: Ein zweysiebender mit steigenden oder kurtzlangen Tritten in sechsstufigen Zwölflingen/ durch untermengte Weibliche und Männliche Reimbände. Sed modus etiam hic sit bonarum rerum: Tu interim his næniisque aliis utere feliciter, quisquis Cæsiani illius nominis cultor es haud segnis. Equidem mihi temperare non possum, quin unum alterumve elogium adjiciam, honori datum Cæsiano ab ipsis *Anti-Cæsianis*, qui virtutem in hoste quoque laudare sunt coacti. Ac primum fere sub nomine *Hortensii* laudatur in Vert. Fr. qui totus propemodum liber iste satyricus, sigillatimque liber Libri quindus in laudibus consumitur Cæsianis. Deinde nominare tibi possum fere omnes, quibus adyta Musarum politiora patuerunt, ad titulos *Cæsii* egregios nimium quantum afferentes. Placet tamen, & lectori placebit benevolo, ut quædam aus den Uberfluß-Gedancken; ubi *Cæsius* inprimis petitur, libemus:

Doch liebstes Vaterland/ ich werde dir gefallen/
 Daß ich im Schreiben nicht ein Sprach-Tyranne bin/
Ich folge deiner Zier/ und richte mich in allen
 Auf alte Reinigkeit und neue Kurtzweil hin.
Ich bin so eckel nicht/ ich lasse mir belieben/
 Was die Gewohnheit itzt in langen Brauch gebracht.
Hätt unser Alterthumb nicht so und so geschrieben/
 So hätt es dieser Kiel auch anders nachgemacht.
Und weil die Teutschen viel aus andern Sprachen borgen/
 So muß ich ebenfalls mich auch darzu verstehn.
Ein ander/ dems verdreußt/ mag sich zu Tode sorgen/
 Gnung/ daß die Verse gut/ die Lieder lieblich gehn.
Ist diß nicht Puppenwerck/ wer etwas grosses heißen/
 Und seinen Lorber-Krantz mit Golde zieren will/
Der muß das A B C aus seiner Ordnung schmeißen/
 Bald hat er nicht genung/ bald hat er gar zu viel.
Da ist ein Wort nicht recht/ das haben die Lateiner
 Gelehnt und nicht geschenckt; Das kommt aus Griechen-Land/
Da wird der Thon zu lang/ da wird die Sylbe kleiner/
 Die Sprache die wird nur nicht gäntzlich umbgewandt.
Der arme Zizero ist auch ins Z gerathen/
 Der sonst fast oben an in seiner Reihe steht.
Vielleicht weil ein Gemüth in diesen Helden-Thaten
 Gar langsam auf den Glantz der Redens-Künstler geht.

Sanct Felden ist hinauf biß an das F. gestiegen/
Und er verdient fürwar die Ehr-Bezeugung nicht.
Der Kwarck muß in das K. aus seinem Neste fliegen/
Ob gleich die gantze Welt den Händeln wiederspricht.
Der Käyser soll bey uns nicht weiter Käyser heissen/
Er soll dafür ein Ertz-und grosser König seyn.
Wer uns diß tapfre Wort will aus der Zunge reissen/
Raubt uns der Völcker Ruhm/und unsers Landes Schein.
Ein solcher Klügling hat gewiß nicht viel gelesen/
Und hat ers ja gethan/so möcht er in sich gehn/
Daß unsre Teutschen auch nicht Narren sind gewesen/
Und das man alles kan ohn diesen Tand verstehn.

Ipse denique *Weisius*, testis omni major exceptione, pondus suum iterum addat, in Der Doppelten Poeten-Zunfft/ *Dramate* denen Reiffen Gedancken subnexo, ubi subinde ad Heroem nostrum ejusque clientos respexisse videtur. Et quid opus est elogiis vati, pro quo aurea librorum ipsius monumenta loquuntur. Edidit enim Heliconius Heros Hochdeutschen Helikon/Wittenb 8/40. ed. III. Rettung der Edlen Deutschen Haupt-Sprache 8/42. *Scala Heliconis Teutonici*, *Amstel.* 8,43. ubi regulas de Poesi Germanica Latinas proponit. Poetischer Rosen-Wälder Vorschmack/ oder Götter und Nymfen Lust. Hamb. 8/42. Lustinne/ D.i. Gebundene Lust-Rede von Krafft und Würckung der Liebe. Hamb 4/45. *Moralia Horatiana*, D.i. Horatzische Sitten-Lehre aus der ernst-sittigen Gesellschafft der alten Weise-Meister gezogen rc. mit neuen Reim-Bänden gezieret. 4. Gekreutzigter Liebes-Flammen/oder Geistlicher Gedichte Vortrab/12/53. Hochdeutsche Helikonische Hechel. Hamb. 8/68. Rosenthal. Amst. 8/69. Et si qua sunt alia, partim ad forum nostrum, partim ad Historicum spectantia, e.g. Die Adriatische Rosemunde/quam in gratiam amasiæ suæ, ancillæ nimirum cujusdam Lipsiensis, quæ ipsi ab indusiis purgandis, & ipsa forte ex purgamentis ancillarum fuit, in publicum emisit. De qua utique insulsus quidam vervex e Societate Fructifera, Der Liebliche appellatus, scribere haud erubuit:

Die ew'ge Rosemund ist glücklich recht zu nennen/
In derer keuschen Gluth Herr Zesen pflag zu brennen/
Daß sie so lange noch/ so lang gelebet hat/
Biß sie bekahm den Held/ der ans gestirnte Blat/
Ihr Nahmens-Lob anschrieb/gleichwie es that Petrarche/
Der höchst-berühmeten Poeten Patriarche/
Da er sein trautes Lieb von Kabrien verlohr/
Die schönste Laure die. Es wird auch gehn herfohr
Der Rosemunde Lob aus Königlichen Munde/
Gleichwie der Frantzen Fürst besang zur selben Stunde/
Da er es öfnen ließ/der ew'gen Laure Grab.
Wie glücklich Rosemund/trittst du den Himmels-Trab!
Dein Held zeigt dir den Weg/und führet bey den Händen
Dahin/da dein Gericht/ dein ew'ges an kan länden/
Und nimmer sterben wird. Dan wer Ihm folgt/der ist
Verewigt für der Zeit/ und lebt zu aller frist.

Ite domum gasti, si quis pudor, ite, jubenci!

ZIEGENSPECK/(Mich.) Suspendit publice Geistl Uhrwerck/12/17 in quo æs Campanum vetustate nimis antiquata laborat. Fecit quoq; Christl Tage-Werck/12/17 rhythmis operæ pretiiq; non multi, ac pæne unius opus diei. Deniq; Freud-und Gebet-Psälmlein auf das grosse Jubel-Fest den 25. *Iunii*, 1630/ Leipz. 4/30. ubi

ZIEGLER/(Casp.)*Lips.*nomine adoptivo Carizintho. Vir,ipsa testificante invidia,major elogio omni,quemq;vel nominare laudare est. In quo suspiciunt venerandum Juris Sacerdotem,quotquot sunt,ICti;Poetæ Vatem in eo summum,& cui vel ipse Apollo Sororesq;assurgunt,cernui venerantur.Scripta quidem ej9 præcipua sunt: Iesus,oder XX Elegien/über die Geburth/Leiden und Auferstehung unsers Herrn und Heylandes Jesu Christi.Leipz.8/48.Suavius nihil,nihilq;rotundius his versibus invenire licet: nihil hic vel inconditum sono,vel sensu obscurum,vel turgidum elocutione offendas: Sonora,lucida,quasiq;ex se nata,hic omnia sunt, lecteaq; rerum ac verborum copia facile se probatura. Eundem se præstitit in aureola de *Madrigalibus* Commentatione,*Lipsiæ* primum,8,53,edita, deinceps vero recusa 1685, cum exemplis talium Epigrammatum ab ipsius ingenio profectorum.Quid autem isto sit amœnius?

Ach!Celia/verachte keinen Alten.
Sie sind noch zu behalten.
Aurora ware jung/
Und liebte doch so einen alten Freyer.
Ich bin dem Etna gleich/
Von aussen weiß/im Hertzen lauter Feuer.
Die Asche macht wohl eine Kohle bleich;
Sie ist drumb nicht verglommen/
Und hat noch wohl im Feuer zugenommen.
Du hältst mich zwar vor einen alten Greiß/
Versuche mich/was gilts/ich bin noch heiß.

Præfatio libelli serio commendanda est omnibus,qui hoc Epigrammatum genere delectantur,ne quid ineptiis suis horum contra Veneres peccent.Permulti quidem Madrigalium fabricatores adeo sunt infelices,adeo invenusti,ut sibi tum demum, non aliter ac bene re gesta,applaudant,quando versus impare numero,nullisq;observatis ex arte legibus conglutinarunt. Tenuis horum labor est,tenuisq; adeo gloria; quam sibi temere spondebit nemo,nisi paulo plusculum admordeat ungues,atq; vix latum unguem ab indole,a gravitate pariter ac suavitate hujus carminis recedat. Laterem vero non lavaret,quisquis *Ziegleri* hujus nostri tum *Madrigalia*;tum reliqua *Carmina*,uno edendo volumine,conquirere anniteretur.Equidem ipse meis in schedis non pauca reservo, nominatimq; in gratiam *Ioh.Rosenmulleri*, celebris illius Musici ab Nostro concinnata:*Drama* quoq;*Musicum Nuptiis Kublessbeinianis* dicatum.*Poema in Natalem Christi*,itemq;*in Festum Paschatis*.Porro Der an der Pleiße wohnenden Najaden erster Friedens-Gesang/an Hn.Joh.Copy/Schwedischen Obristen rc.rc. Prodeat tandem, qui universum hunc Poetarum ordinem pulcherrime claudat.

ZIEGLER/ Heinr.Ansh.von)und Kliphausen.Nobilis supra Ianus quidam Patulcius fuit,jam Clusius nobis erit Vates generis ingeniiq;nobilitate maxime florens: Poeta vero tantus,ut *Poeta Nobilis* per eminentiam dici mereatur. *Heroidas* quidem suas ad Hofmansvvaldavianarum instar edidit; tanto vero magis dilaudandas,quanto laudabilius est argumentum,ex ipso S.Codicis fonte deductum.Abeat vulgus Poetarum lacunis & turbido gaudens,cœlumq;vel in ipso cœno quærens: longe aliter de studii Poetici nobilitate existimat Noster, quippe in quo genus & genius, doctrina & pietas,victoria deniq;ipsa & omnia certant. *Banisam* quoque ejus reticere nolim, & quod huic adjectum est *de Heraclio Drama*, cunctis, qui Oratorem, Historicum ac Poetam decent,numeris plenum opus perfectumq;. Numquid etiam generosi nostri *Ziegleri* Tägl.Schauplatz der Zeit/ & quæ ibidem continentur *Poemata*, nocturna pariter ac diurna versasse manu pœnitebit? Promisit & alia Nobilissimus Vates,quorum nos jam divinitatem veluti præsagientes, Terminum hic nostrorum Poetarum ponimus *Zieglerum* nostrum, ipsi autem *Zieglero* Vati omnes Poetarum ter-

Atque ita habes a me munuſculum, *Optime Lector*, levidenſe quidem illud, ceterum quale valuimus in præſens, non, quale voluimus tibi dare. Tuum erit, benigne hoc, quicquid eſt, accipere, tuoque tamen jure hic uti, quantum opus erit, omiſſa forte ut ſuppleas, commiſſa vel emendes, vel excuſes. Equidem, ſi animadvertero, te hoc primitiarum genus haud aſpernari, tum vero tibi propediem, ut ſpero ac opto, de *Poetarum Abſurdis* non plane abſurda tradere conabor.

4° Lw
Specimen
170

BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Neumeister, Erdmann,

Specimen dissertationis historico-criticae de poëtis Germanicis, huius
hujus seculi praecipuis in academia quadam celeberrima publice ventilatum

Lipsue 1706

Augsburg, Staats- und Stadtbibliothek -- 4 Lw 646
urn:nbn:de:bvb:12-bsb11218005-5
VD18 11568445-003